BELLVM PAPALE,

SIVE

CONCORDIA DISCORS

SIXTI QVINTI, ET CLEMENTIS OCTAVI, CIRCA Hieronymianam editionem.

PRETEREA, IN QVIBVSDAM LOCIS grauioribus habetur comparatio vtriúſq; editionis, cum poſtrema & vltima Louanienſium; vbi mirifica induſtria Clementis, & Cardinalium ſuper caſtigatione Bibliorum deputatorum, notas duntaxat marginales Louanienſium in textum aſſumendo, clarè demonſtratur.

N.º 2142

Auctore THOMA IAMES, *Noui Collegij* in alma Academia *Oxonienſi* ſocio, & vtriúſq; Academiæ in Artibus Magiſtro.

Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam: vinum tuum mixtum eſt aqua. Iſa.1.v.22.
Auſer rubiginem de argento, & exibit vas puriſſimum. Prou.25.v.4.

LONDINI,
Excudebant *Georgius Biſhop, Radulphus Newberie, & Robertus Barker.*
Anno 600.

1600.J 27.B

REVERENDISSIMO in Deo patri IOANNI Archiepiscopo Cantuariensi, & totius Angliæ Primati, *Thomas Iames* prosperam salutem in hoc seculo, & fœlicitatem perpetuam in futuro, humillimè precatur.

IAm tandem, *Archi-præsul in Deo & coram hominibus reuerendissime, ad perpetuam pontificum Romanorum infamiam, reique tam nefariè captæ perfectæque memoriam, exegi monumentum: quod statuo ad pedes Gamalielis, hoc est, reuerendæ paternitatis tuæ, tuique similium, ad quorum pedes me nutriti & eruditi cum Paulo (sed paulò negligentius) fateor patiorque. Equidem facturum me operæpretium, cum opus hoc (à nullo quod sciam tentatum) primum in manus sumerem, certo credebam: sed vt certior fierem: visum est communicare consilia cum eruditis doctrina, & prouectis ætate: feci, consului, Oxoniæ, Rainaldum, Hollandū, duo luminaria magna illius Academiæ; Londini, Baldgaium, Monfordum, Luidum, stellas lucentes in firmamento huius cœli: quid multa? opus probatur, iudicatur non inutile; immò censetur fructuosum, vtile, necessarium. Quamobrem perrexi multò alacrius in cœpto itinere, nec refrœnari potui, aut volui desideria mea,*

antequam satisfieret expectationi eorum, qui me currentem incitarunt, & quorum monita sequi mihi semper religio fuit, & futura est. En igitur opus multorum nec dierum, nec horarum (nam vnius mensis curriculo acta, transacta sunt omnia, liber scriptus, exscriptúsque:) veruntamen sensi (expertus loquor) in tam paruo opere non paruos labores, & quod legenti erit (vti spero) gratum & iucundum, mihi scribenti fuit laboriosum & molestum. Quid ita? quia necesse fuit ordinem propositum seruanti, quem mihi Sixti arrogantia præscripserat, egregiè ineptire, notando singula mutata, addita, vel detracta, discrepantia in aliqua parte vel particula, vt nullus apex nec apicula in posterum in vlla editione reperiri posset, quæ iuxta eam Sixti ad vnguem non emendaretur. Hinc igitur commotus sum vt scriberem variam ortographiam, varios accentus, puncta varia, quæ minutiæ sunt si ad illas monstrosas discrepantias comparentur, quæ tot tantæque sunt in illorum libris, vt in tantis magistris in Israel ferendæ non sint. Grauis controuersia oritur inter papistas & nos de Hieronymi versione: fuisse Hieronymum linguarum peritissimum constans & recepta est protestantium & papistarum omnium opinio; & certo certius est, Hieronymum pro peritia sua in linguis, edidisse interpretationem Bibliorum omnibus suis numeris absolutam; sed quæ sit ea, aut vbi sit, non conuenit inter nos & papistas, dubitatur adhuc, & adhuc sub iudice lis est. Sed demus vltrò, quod inuitis difficulter extorquebunt, editionem, quam vulgatam dicunt, hanc ipsam esse, quam Hieronymus olim à se scriptam per manus ad posteros transmiserat. esto: Iam cum habeamus aduersarios confitentes varias editiones vulgatas, à Stephano, Hentenio, Louaniensibus, Sixto, & Clemente variis temporibus & variis modis elucubratas, cedo, quæ Biblia valant in tot dissentientibus Bibliorum editionibus pro veris legitimis, authenticis, & indubitatis in omnibus publicis priuatisque disputationibus, lectionibus, prædicationibus, & explanationibus recipienda & tenenda esse. Si Stephani industriam laudant, improbant labores Hentenij, Si Hentenium probant, irriti sunt labores

Sixtus in Præfatione.

bores Louanienſium: Si Louanienſes diligentes fuerunt (& fuerunt certè) quid opus fuit gemina induſtria Sixti? Sid hìc, dicet fortaſſe aliquis, explodatur Stephanus, iaceat Hentenius, frigeant Louanienſes, at Sixtus audiendus eſt quia papa, & quia papa audiendus tanquam oraculum; labi, errare, decipi humanum eſt; at papa humanum nihil ad ſe pertinere putat, deus eſt, errare non poteſt, in cauſa fidei nec fallit nec fallitur: ac ſanè ſi quis attenderet ſuperba & portentoſa verba Sixti in præfatione, facilè animum induceret ſuum vt crederet, à nato Adamo ad infantem iam editum, Solem non vidiſſe ſcientiorem, præ quo omnes pontifices qui ſunt, fuerunt, aut futuri ſunt ſorderent: ſed hæc verba ſunt & verba tantùm, dicit ſed nihil probat. Similes ſunt Lutheri diſcipuli omnes, ait Bellarmius, è quorum libris ſi iactationes, mendacia, ſcommata, maledicta, conuitia tollerentur, ex maximis voluminibus vix libelli perexigui effici poſſent: videat Bellarminus vtrum in Sixtum eiuſque ſequaces non recidat quod dicit. Item illud eodem loco; de hæreſiarchis plura dici poſſent, ſed vnum eſt vitium omnibus commune ſuperbia. Sed ad reprimendum ſuperbiam, & retundendum blaſphemiam huius Sixti, ſupræ Deum & omne quod vocatur deus: ſe exaltantis, non opus eſt aliunde accerſito auxilio à Caluiniſtis, Lutheranis, aut Zuinglianis (ſic enim per opprobrium pios appellant) ſatis erit ſupérq; omnibus factum, credo, ſi papam cum papa, Sixtum cum Clemente, Quintum cum Octauo, ignorantiam cum ſcientia: tenebras cum luce, antiquitatem errorum cum nouitate veritatis contendere faciam. Liquebit enim ex odio huius comparationis (nam comparationes omnes ſunt odioſæ) quàm diſpar & diſſimilis ſit ratio Sixti & Clementis; ait Clemens, negat Sixtus: ait Sixtus, negat Clemens. o ridendam diſcrepantiam, & traſſam ſtultitiam pontificum Romanorum! miſeret me illorum, ſed fortaſſe ſtultos nos putarunt cum iſta ſcriberent; at multò ſtultiores illi qui eodem ſpiritu, hoc eſt, ſecundum pſeudocatholicos Apoſtolico, diuino; reuera fanatico, impio, diabolico, ſpirant calidum frigidum, verum falſum: ſed magna eſt veritas & prævalebit. Elucubrauit

Bellar. cõtr. 4. tom. 1. p. 328.

Pag. 325.

Sixti Biblia edita sunt ann. Dom. 1590. Clemens emēdauit & edidit anno Dom. 1592. in folio, & 1593. in quatuor.

ante annos plus septem Biblia sua perpetuò valitura Sixtus Quintus, pontifex optimus maximus: secundo post anno Clemens procudit nouam editionem Bibliorum vsq; adeo contrariam priori, vt non cognoscas eandem esse: & tamen vtráque recipienda & tenenda est. vtri creditis? confidentissimus de Bibliis suis Sixtus, metuens sibi de suis Clemens, arrogans hic, modestus ille, sed duntaxat modestus; mendax hic & ille: pro Sixto faciunt * *Louanienses, Stephanus bona ex parte, Hentenius, & quotquot editiones receptæ sunt in ecclesia Romana per spatium multorum annorum: pro Clemente nuda veritas Hebraica, Chaldaica, Græca. Apage igitur Sixte cum inueteratis & obsoletis erroribus; ad emendatiorem Clementis confuge papista, tanquam ad portum & columnam veritatis hortante Iesuita. quod si impetrare poterit Antonius Possevinus à moderno papa (quemadmodum gratiosus est & multùm potest apud eundem) vt pergere velit sanctitatis eius (si liberum beatitudini eius tempus à negotijs grauioribus concedatur) in emendando & conferendo Biblia cum originalibus linguis in quibus scripta sunt, hoc est, cum Græco fonte & Hebraica veritate, nihil veritas hœderam Ionæ, aut verba Hieronymi de multa non mutando ad offensionem populi vitandam, magnam inibit apud omnes bonos gratiam tum ipse Clemens, tum etiam alij studiosi veritatis vera dicentem scribentemque cupidissimè sequentur. Interim velim & rogo, Apostolo monente, vt omnia probent & quod bonum est, teneant. ita veritas eò aliquando vnde vi deiecta est, restituta gloriosè triumphabit de inimicis suis, & tum demum vera erit alioqui insulsa & ridenda eorum gloriatio*; Non sunt editiones nostræ vt editiones illorum & inimici nostri sunt iudices.

* Secus accidit in noto Testamento.

Ant. Possevinus Bib. selectæ, l. 2. c. 8.

Hieron. ep ad Suniam & Fretellā. Præfat. euāgel. ad Damasum.

Bellar. 1. con. Gen. pag. 170.

(**)

SIXTVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ETERNVS ille cœleſtium, terreſtriumque rerum omnium conditor ac moderator Deus, Eccleſiam ſanctam veluti deliciarum Paradiſum, ſua ipſemet dextera, tanquam prouidus Agricola, variis plantis, ſtirpibuſque mirificè conſeuit, ſimulque vberrimo ſacrarum eandem ſcripturarum fonte; pluribus quaſi fluuijs, in vniuerſum terrarum orbem diffuſos, ſic irrigauit, vt ſancta Myſteria, oraculaque diuina, quæ ſacris continentur libris, ſicut in cunctarum gentium ſalutem parabantur, ita à tribus illis potiſſimum enunciarentur linguis, quæ in omnium auribus nationum maximè percrebuerunt, nec non ſanctiſſimæ Crucis titulo conſecratæ, Saluatoris noſtri Regnum, Hebræis, Græcis ac Latinis literis prædicarunt, callidiſſimus, ac nequiſſimus humani generis hoſtis, cuius inuidia mortis aculeus, cuius ſuperbia peccandi magiſterium fuit, nullum non mouit lapidem, vt cœleſtem diuini verbi ſementem quantum in ipſo erat, aut naſcentem opprimeret, aut extirparet enatam, aut adultam vitiaret, id verò præcipuè omni conatu, ac machinatione tentauit, vt ſacrorum quædam corruptiſſimæ Bibliorum editiones prodirent, atque ita impietas ſub pietatis figura deliteſceret, ac populis ſcoria pro argento, fel draconum pro vino, pro lacte ſanies obtruderetur. Cumque non in Hæreticis tantum, ſed in Catholicis etiam quibuſdam, tametſi conſilio diſſimili, ſubortum ſit nimium quoddam nec planè laudabile ſtudium, & quaſi libido ſcripturas Latinè interpretandi: idem malorum omnium artifex Satanas per illos, licet nihil tale cogitantes, ex hac ipſa tam incerta, ac multiplici verſionum diuerſitate & varietate ſumpta occaſione, ſic miſcere omnia, atque in dubium reuocare, & ſi fieri poſſet, rem eò perducere contendit, vt dum ſcripturarum verbis diuerſi interpretes aliam atque aliam formam, ac ſpeciem induunt, nihil in ijs certi, nihil rati, ac firmi, nulla denique inuiolabilis auctoritas ſine magna difficultate reperiri poſſe videretur, ita vt hoc ſeculo valde timendum fuerit, ne in priſcum illud editionum Chaos rediremus, de quo Beatus Hieronymus inquit: Apud Latinos tot ſunt exemplaria quot

In præfatione in Ioſue & in præ-

quot Codices; & vnusquisque pro arbitrio suo addidit vel subtraxit, quod ei visum est; & vtique non potest verum esse, quod dissonat. Itidemque sanctus Augustinus dixit, Latinos scripturarum interpretes nullo modo numerari posse. Vt enim (ait) cuique primis fidei temporibus in manus venit Codex Græcus, & aliquantulum facultatis sibimet vtriusque linguæ habere videbatur, interpretari ausus est. Quare huic morbo sacrosancta Tridentina Synodus mederi cupiens statuit vt ex omnibus, quæ circumferuntur sacrorum librorum Latinis editionibus, ipsa Vetus, ac Vulgata, quæ longo tot seculorum vsu in Ecclesia probata est editio, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur, & nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præsumat. Hæc autem Vulgati editio cum vna esset, variis lectionibus in plures quodam modo distracta videbatur. Quarum licet nonnullas, aut veterum Codicum, aut sanctorum Patrum inuexisset auctoritas, plurimæ nihilominus vel ex iniuria temporum, vel ex librariorum incuria, vel ex impressorum imperitia, vel ex temere emendantium licentia, vel ex recentiorum interpretum audacia, qui Ecclesiæ filii cum sint, minus tamen Ecclesiæ doctoribus, quam Iudæorum Rabbinis morem sibi gerendum putarunt: vel demum ex hæreticorum scholiis ad marginem, captiosisque fallaciis obrepserant. Et, quamuis in hac tanta lectionum varietate nihil hucusque repertum sit, quod fidei, & morum causa tenebras offundere potuerit; verendum tamen fuit, ne crescente magis, ac magis in dies addendi, detrahendique temeritate, hæc probatissima scripturarum Editio, quam vinculum pacis, fidei vnitatem, charitatis nexum, dissentientium consensionem, certissimam in rebus dubiis normam esse oportebat, plerisque contra schismatis, & hæresis inductio, dubitationum fluctus, inuolutio quæstionum, discordiarum seges, & piarum mentium implicatio multiplex euaderet. Quòd in 70. interpretum Græca editione beatus Hyeronymus, in Latina verò sanctus Augustinus olim accidisse commemorant, tanta autem labes ne adhuc vlteriùs serperet, sensimque in Vulgatam editionem nostram manaret, sapienter eadem œcumenica Synodus Tridentina decreuit vt hæc ipsa Vetus, & Vulgata editio posthac quàm emendatissime imprimeretur. Verum quia nihil profuisset huius editionis auctoritatem grauissimo sanxisse decreto, si illius quæ germana esset lectio nesciretur, facerque textus ita disputantium pateret arbitrio, vt is, qui aduersus perfidum hostem, tanquam validissimus mucro districtus fuerat, idem & clypeus fieri posset, quo debilitati iam, cæsique hostis latera tegerentur. Id igitur nos indignè ferentes, eoque indignius, quod per hosce iam viginti duos annos, qui à dicto Tridentini Concilij decreto, ad nostri vsque Pontificatus exordium interfluxerant, licet huiusmodi opus aliquando cœptum fuerit, tamen ob alias fortasse occupationes intermissum, nullumque huic imminenti malo remedium adhibitum fuerat: ac propterea tanto impensiore cura ac studio id prosequendum, censentes, quanto magis, & ab omnibus Dei ecclesijs expetitur, & à synagogis Satanæ reformidatur; cum primum ad Apostolicam beati Petri sedem diuina nos miseratio, meritis licet imparibus euocauit; nihil tandem antiquius habuimus quàm vt primo quoque tempore, optatissimam istam Vulgatæ editionis emendationem aggrederemur. Itaque viros complures doctos, qui sanctarum Scripturarum, sacræ Theologiæ multarumque linguarum scientia, ac diuturno variarum rerum vsu, acrique, cum aliquid discernendum est, iudicio, ac solertia præstarent, delegimus, ac simul congregauimus, vt in germana, sinceraque sacri textus editione perquirenda, strenuè laborarent, nobisque adiumento forent. Nos enim rei magnitudinem perpendentes, ac proinde considerantes, ex precipuo, ac singulari Dei priuilegio, & ex vera, ac legitima successione Apostolorum Principis B. Petri, pro quo Dominus ac Redemptor noster, ab æterno Patre pro sua reuerentia proculdubio exauditus, non semel tantum, sed semper rogauit vt eius fides, non humana carne, & sanguine, sed eodem Patre inspirante ei reuelata nunquam deficeret: cui etiam Dominus iniunxit vt cæteros Apostolos in eadem fide confirmaret: qui denique, sicuti confidimus, diuinam pro nobis opem vsque ad consummationem seculi, ecclesiæ Catholicæ promissam, implorare non cessat,

Sat. quatt. Euangeliorum. To. 3. Lib. 2. c. 11. de doctr. Christiana. Tom. 3.

Sess. 4. decreto de editione & vsu sacrorum librorum.

Inpræfat. in Esdram & Nehemiam. Idem in priori præfat in Paralipom tom. 3.

Epistola 10. ad Hieronymum tom. 2.

Hebr. 5.

Luc. 22.

S. Leo serm. in Natiuit SS. Petri & Pauli.

ſat, ad nos in eiuſdem Petri Cathedra in qua eius viuit poteſtas, & excellit auctoritas, Deo ſic diſponente conſtitutos, totum hoc iudicium proprie, ac ſpecialiter pertinere, Dei omnipotentis auxilio ſuppliciter inuocato, & ipſius Apoſtolorum Principis auctoritate confiſi, ob publicam ſanctæ Dei Eccleſiæ vtilitatem haudquaquam grauati ſumus, inter alias Pontificiæ ſolicitudinis occupationes, hunc quoque non mediocrem accuratæ lucubrationis laborem ſuſcipere, atque ea omnia perlegere, quæ alij collegerant, aut ſenſerant, diuerſarum lectionum rationes perpendere, ſanctorum doctorum ſententias recognoſcere: quæ quibus anteferenda eſſent, dijudicare, adeo, vt in hoc laborioſiſſimæ emendationis curriculo, in quo operam quotidianam, eamq; pluribus horis collocandã duximus, aliorum quidem labor fuerit in cõſulendo, noſter autem in eo, quod ex pluribus eſſet optimum, deligendo: ita tamen, vt Veterem multis in Eccleſia abhinc ſeculis receptam lectionem omninò retinuerimus. Nouam interea Typographiam in Apoſtolico Vaticano Palatio noſtro ad id potiſſimum magnificè extruximus, atq; ad eius curam, Congregationem aliquot ſanctæ Ro. Eccleſiæ Cardinalium, & inſigne Collegium doctiſſimorum virorum fere ex omnibus Chriſtiani orbis nationibus, & celeberrimis ſtudiorum Generalium vniuerſitatibus, amplis, opulentiſq; redditibus dotatum deputauimus, vt in ea emendatum iam Bibliorum volumen excuderetur: eaq; res quo magis incorruptè perficeretur, noſtra nos ipſi manu correximus, ſi qua prælo vitia obrepſerant, & quæ confuſa, aut facile confundi poſſe videbantur, ea interuallo ſcripturæ, ac maioribus notis, & interpunctione diſtinximus. Cæterum, noſtri ne huius conſilii, inſtitutiq; rationes ignorẽtur, ſed potius vniuerſæ Eccleſiæ Catholicæ, ipſiq; poſteritati notiſſimæ, ac teſtatiſſimæ relinquantur, cunctiq; facile intelligant, quiſnam ordo in hoc opere conficiendo, quæ lex, ac methodus inita, quæ indagandi veri norma à nobis ſeruata ſit: illud ſane omnibus certum atque exploratum eſſe volumus, noſtros hos labores, ac vigilias, nunquam eo ſpectaſſe, vt noua editio in lucem exeat, ſed vt Vulgata vetus ex Tridentinæ Synodi præſcripto, emendatiſſima, priſtinæq; ſuæ puritati, qualis primum ab ipſius interpretis manu, ſtyloq; prodierat, quoad eius fieri poteſt, reſtituta imprimatur. In hac autem germani textus peruestigatione, ſatis perſpicuè inter omnes conſtat, nullum argumentum eſſe certius, ac firmius, quàm antiquorum, probatorumq; Codicum Latinorum fidem, quos tam impreſſos, quam manuſcriptos, ex Bibliothecis varijs conquirendos curauimus. In quacunque igitur lectione plures vetuſtiores, atque emendatiores libri conſentire reperti ſunt, ea iure optimo, tanquam primigenij textus verba, aut his maxime finitima, retinenda decreuimus. Id verò ad germanam editionem conſtabiliendam, præſidium ſicubi deſideratum eſt, tunc ſanctorum Patrum, veterumque expoſitorum enarrationes quibus diuerſa ſcripturarum loca, & libros illuſtrarũt, ſubſidio fuere: in quibus, quidquidere noſtra obſeruatum fuit, id in huius operis partem adſcitum eſt. In iis tandem quæ neque Codicum, neque doctorum magna conſenſione ſatis munita videbanrur, ad Hebræorum, Græcorumq; exemplaria duximus confugiendum, non eo tamen, vt inde Latini interpretis errata corrigerentur, ſed vt in eorum verborum locum, quæ, cum apud latinos ambigua ſint, potuiſſent, quo non oporteret, inflecti, certum aliquid, atque indubitatum ſufficeretur, ſiue vt, quod apud nos variantibus Codicibus inconſtans, diuerſum, ac multiplex erat, id vniforme, conſonum, vniuſque modi, ipſorum fontium veritate perſpecta, ſanciretur. Sapienter enim B. Hieronymus in explanandis ſacris ſcripturis doctor maximus admonebat, vt quemadmodum in nouo

S. Leo ſerm. 2.

In epiſtola ad Suniam & Fretellã. tom. 3.

Teſtamento, ſi quando apud Latinos quæſtio exoritur, & eſt inter exemplaria varietas, ad fontem Græci ſermonis, quo nonum Teſtamentum eſt ſcriptum, recurri ſolet: ita ſi quando inter Græcos, Latinosq; diuerſitas eſt in veteri Teſtamento, tunc ad Hebræam recurramus veritatem, vt quidquid de fonte proficiſcitur, hoc quæramus in riuulis: quod etiam B. Auguſtinus ijs, qui ſcripturam tractant, inter alias regulas tradidit. Laudabilem itaque ſanctorum Patrum conſuetudinem religioſe ſecuti ſumus, dum in iis, quæ apud Latinos nimis ambigue dicta, ſeu variata habentur, Hebrææ, Græcæq; linquæ fidem, & Codices inſpeximus; ſed, ne id licentius fieret quam æquum erat, ſolers cautio adhibita fuit. Neq; enim ignoramus multos eſſe, qui pleraſq; Latinæ huius editionis voces, ac locutiones, propriè, aut eleganter, aut perſpicuè, aut breuiter, aut copioſe magis, aut tanquam verbis ad verba demenſis, a Latino interprete verti potuiſſe exiſtiment. Verum de his minuta nimium, & anguſta concertatio videtur: neque enim tanti ſunt, vt non ijs & antiquioris Eccleſiæ religio, & ſanctiſſimorum Patrum iure anteponatur auctoritas: prorſusq; indignum eſt, B. Gregorio teſte, vt ſub Donati regulis verba cœleſtis oraculi reſtringantur: ac tanta per ſe eſt Vulgatæ editionis auctoritas, tamque excellens præſtantia, vt maiorem deſiderare, penitus inane videatur. Qui namque in ea libri continentur (vt a maioribus noſtris quaſi per manus traditum nobis eſt) retenti ſunt partim ex communi, & antiquiſſima quadam editione Latina, quam ſanctus Hieronymus Vulgatam editionem, B. Auguſtinus Italam ſ, anctus Gregorius Veterem tranſlationem appellant, quam ſanctus itidem Auguſtinus cæteris, quæ tunc plurimæ in vſu erant, etiam præferendam cenſuit, quòd effet verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ; partim ex ſancti Hieronymi tranſlatione adſciti fuere, quibus idcirco quantus honor deferendus ſit, is facile intelligit, qui eorum Interpretis dignitatem agnoſcit. Fuit enim ſanctus Hieronymus (vt inter cæteros idem B. Auguſtinus teſtatur) Græco, Latino, & Hebræo eruditus eloquio, & ex occidentali ad orientalem tranſiens Eccleſiam, in locis ſanctis, litterisq; ſacris, ad decrepitam vſque vixit ætatem: atque omnes, qui ante illum ex vtraq; orbis parte de doctrina Eccleſiaſtica ſcripſerant, pene vidit, aut legit: eumq; non modo Auguſtinus, Chromatius, Paulinus, cæteriq; ſanctiſſimi Epiſcopi, ſed etiã Damaſus Pontifex Rom. de ſcripturarum locis conſulebant. Nec immerito tantam apud omnes nominis celebritatem, in ſanctarum præſertim ſcripturarum ſcientia, adeptus fuerat. Cum ad eam conſequendã, nullis vigiliis, nullis peregrinationibus pepercerit, & doctiſſimos quoſque in Gallia audiuerit: Conſtantinopoli Gregorium Nazianzenum, Alexandriæ Didymum, & alios alibi conquiſiuerit, vſus denique clariſſimis Hebrææ linguæ Magiſtris: non enim vno aliquo doctore contentus fuit, ſed plurimos, eoſq; eruditiſſimos adhibebat: non rerum modo, verum etiam nominum ſedulus indagator. Quinimmo & loca ipſa, quæ in ſcripturis ſæpe commemorantur, inſpexit, id q; ad intelligentiam ſcripturarũ ſummopere ſibi profuiſſe teſtatur. Quicunque igitur tanti Interpretis ſanctitatem, ingenium, eruditionem, ſolertiam, Magiſtros, labores, illud, in quo vixit, ſeculum, cum linguarum omnium, ac præſertim Hebrææ ſtudia florerent, diligenter ſpectauerint; facile iudicij dãnabunt eorum qui aut tam eximij Doctoris Lucubrationibus non acquieſcunt, aut etiam meliora, ſeu paria præſtare ſe poſſe cõfidunt. Multo ſane rectius ſanctus Iſidorus, venerabilis Beda Presbyter, ſanctus Remigius, Alcuinus, Fortunatus, Rabanus Maurus, ſanctus Anſelmus, B. Bernardus, Haymo, Richardus, & Hugo Victorini, Petrus Cluniacenſis, Rupertus Abbas, alijq; complures egregij doctores, qui per mille

S. Aug. l. 2. de Doct. Chr. cap. 14. & 15. tom. 3. & lib. 11. contra Fauſtum c. 2. tom. 6.

Epi. ad Leãdr. in expoſ. Iob. cap. 5.

S. Hieron. comment. in Iſaiæ cap. 49. tom. 4.

S. Auguſt. l. 2. de Doct. Chriſt. cap. 15. tom. 3.

Epiſt. ad Leand. in expoſitionẽ Iob cap. 5.

Lib. 1. cõtra Iulianum Pelagianum tom. 7.

In præfat. libri. Paralipom. ad Dõnionem & Rogatianum tom. 3.

mille ab hinc annos in Eccleſia claruerunt, qui Hieronymi verſione ita in omnibus diſputationibus, enarrationibus, declamationibus vſi ſunt, vt cæteræ, quæ pene innumerabiles erant, quaſi lapſæ de Catholicorum Patrum manibus obſoleuerint. Ideoq; legimus apud ſanctum Iſidorum, quoniam de Hebræo in Latinum eloquium ſanctus tantum modo Hieronymus ſacras ſcripturas conuertit, eius Editione generaliter omnes Eccleſias vſque quaq; vti, eo quod veracior eſt in ſententiis, & clarior in verbis. Et ante Iſidorum B. Gregorius Magnus fere idem ſenſerat. Nec Latini modo Patres, ſed Hebræi quoq; Græciq; cum Latinos alios interpretes negligant, aut ignorent, Hieronymum tamen ampliſſimo ſuo teſtimonio, & honore dignum eſſe cenſuerunt. Nam de Hebræis idem Auguſtinus: de Græcis autem ipſemet ſanctus Hieronymus ſcribit, à Sophronio viro optime erudito Pſalterium, & Prophetas, quos Hieronymus ex Hebræo in Latinum verterat, in Græcum eleganti ſermone tranſlatos fuiſſe. Quẽadmodum ergo laudabile eſt vbicunq; noſtri Codices ipſi per ſe aut conciliari aut intelligi non poſſunt, linguarum externarum præſidia quærere; ita, cum id neceſſarium non eſt, leuiſſimis de cauſis maiorem noſtrorum ſanctitatem, ſapientiam, conſenſum, veteſtiſſimamq; Eccleſiæ conſuetudinem non vereri, temeritas plane, pertinaciaque cenſenda eſt. Atq; idcirco B. Hieronymus, qui Hebræos, Græcoſque interrogandos eſſe dubijs in rebus admonet; idem etiam ſentit, eo non niſi parce, & quanto rarius fieri poteſt (ne, quæ longo recepta ſunt vſu, fluctuent) recurrendum. Qua de cauſa, ad noui Teſtamenti tranſlationem, quamuis hortante Damaſo Pontifice tardior fuit, pium appellans laborem, ſed periculoſam præſumptionẽ iudicare de cæteris, ipſum ab omnibus iudicandum, ſenis mutare linguam, & caneſcentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter, vel indoctus, cum in manus volumen ſumpſerit, & à ſaliua, quam ſemel imbibit, viderit diſcrepare quod lectitat, non ſtatim erumpat in vocem, falſarium illum clamitans, & ſacrilegum, qui audeat in veteribus litteris addere, mutare, corrigere? Notiſſimumq; eſt illud de Ionæ cucurbita, quæ in Veteri editione legebatur; pro qua cum Hieronymus hederam poſuiſſet, quodam in Africa Epiſcopo interpretationem Hieronymi in Eccleſia lectitante, factus eſt tantus tumultus in plebe propter vnius verbi diſſonantiam, vt coactus ſit Epiſcopus, ne ſacerdotio deijceretur, damnare quod legerat. Quare merito ſacra Tridentina Synodus veteris Vulgatæ editionis libros non aliter, quam prout in Eccleſia legi conſueuerunt, pro canonicis ſuſcipiendos decreuit. Nos autem vt hæc Vetus editio, quæ nunc prodit noſtro excuſa prælo, eiuſdẽ Synodi præſcripto modis omnibus reſponderet, non ſolum veteres, & ab Eccleſia receptos loquendi modos conſeruauimus, ſed etiam apocrypha reiecimus, authentica retinuimus. Nam tertium, & quartum Eſdræ libros inſcriptos, & tertium Machabæorum, quos Synodus inter canonicos non annumerat, aſſentientibus etiam in hoc prædictis Cardinalibus Congregationis ſuper Typographia Vaticana deputatæ, ab hac editione prorſus exploſimus. Orationem etiam Manaſſæ, quæ neque in Hebræo, neque in Græco textu eſt, neque in antiquioribus manuſcriptis Latinis exemplaribus reperitur; ſed in impreſſis tantum poſt librum ſecundum Paralipomenon affixa eſt, tanquam inſutã, adiectam, & in textu ſacrorum librorum locum non habentem, repudiauimus. Nonnullas etiam aliquando ſententias, quæ aliunde accerſitæ, Vulgatæ editioni interpoſitæ erant, neque in antiquis exemplaribus, neque in ſanctorum Patrum Commentarijs inueniebantur, deleuimus. Hanc denique editionem à varijs, qui vitio multorum irrepſerant, erroribus accurate emen-

Lib. 1. de offic. diuinis cap. 12.

Lib. 20. Mor. c. 24. to. 2.

Lib. 18. de ciuit. Dei. cap. 43. to. 5.

De vitis illuſtribus in Sophronio.

In præfat. quatuor Euangeliorum to. 3.

Epiſt. 10 & 11. to. 1.

Se. 4.

dauimus.

dauimus, & purgauimus, atque in priſtinam veritatem ſumma diligentia reſtituimus. Neque vero eſt quod quiſpiam miretur, ſi aliqua ſacræ ſcripturæ loca aliter in ſanctis quibuſdam doctoribus legerit, quam in hac editione conſcripta ſunt. Nam Ambroſius, Auguſtinus, & alij plurimi ſeptuaginta Interpretum editionem plerumque ſecuti fuerunt. Ad laudem igitur, & gloriã omnipotentis Dei, Catholicæ fidei conſeruationem, & incrementum, ac ſacroſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatem, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, de eorundem venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardanaliũ ſuper Typographia Vaticana deputatorum conſilio & aſſenſu, quorum opera, & induſtria, in hac ipſa Vulgatæ editionis emendatione, in rebus præſertim grauioribus vſi ſumus, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, ac declaramus, eam Vulgatam ſacræ, tam veteris, quam noui Teſtamenti paginæ Latinam editionem, quæ pro authentica à Concilio Tridentino recepta eſt, ſine vlla dubitatione, aut controuerſia cenſendam eſſe hanc ipſam, quam nunc, prout optimè fieri potuit, emendatã, & in Vaticana Typographia impreſſam in vniuerſa Chriſtiana Rep. atque in omnibus Chriſtiani orbis Eccleſijs legendam euulgamus, decernentes, eam prius quidem vniuerſali ſanctæ Eccleſiæ, ac ſanctorum Patrum conſenſione, deinde verò Generalis Concilij Tridentini decreto, nunc demum etiam Apoſtolica nobis a domino tradita auctoritate comprobatam, pro vera, legitima, authẽtica, & indubitata, in omnibus publicis priuatiſque diſputationibus, lectionibus, prædicationibus, & explanationibus recipiendam, & tenendam eſſe. Diſtrictius vero inhibemus, ne vnquam perpetuis futuris temporibus, nouæ vulgatæ editionis poſthac Bibliorum ſine expreſſa Apoſtolicæ ſedis licentia textus imprimatur: neue quiſquam priuato, aut peculiari ſuo ſenſu aliam editionem ſibi cõfingere, neue hanc ipſam Veterẽ Vulgatam à nobis, vt præfertur, reſtitutam editionem, intra decem annos à datis præſentium numerandos, tam citra, quã vltra montes, alibi, quam in noſtra Typographia Vaticana, imprimere audeat, vel præſumat. Elapſo autem præfato decennio, eam cautionem adhiberi præcipimus, vt nemo ſanctas ſcripturas typis mandare præſumat, niſi habito prius exemplari in Typographia Vaticana excuſo, eodemq; Inquiſitoris hæreticæ prauitatis eius Prouinciæ, vel, ſi Inquiſitor in ea Prouincia non ſit deputatus, Epiſcopi eiuſdem loci manu propria ſubſcripto, iuxta illud, ne minima quidẽ particula mutata, addita, vel detracta. Poſtquam vero libri ſacri ſic fideliter excuſi fuerint, nec tunc quidem vendantur, aut euulgentur, niſi prius delato rurſus ad Inquiſitorem, vel deficiente Inquiſitore, ad Epiſcopum exemplari ab eis antea ſubſcripto, ijdem libri iuxta illud impreſſi, cum eo diligenter, & accuratè collati, & Inquiſitoris, vel in euentum prædictum, Epiſcopi ſigno, aut chirographo quod inter ſe prorſus concordent fidem faciente, & atteſtante, approbati extiterint. Verum, quoniam ex variis, quæ hactenus ad marginem adſcribi conſueuerant, lectionibus illud ſequitur incommodi, ac moleſtiæ, quod, cum primum huiuſmodi varietas oculis obijcitur, lectoris animum ab eo, quod tunc inſtat agendum, auocat, illumque alieno plane tempore ad ea, quæ in Codicibus diſſonant, inter ſe conferenda traducit, nec facile eſt in tanta lectionum multiplicitate ſcripturas inoffenſo pede percurrere, & ea quaſi ſilua diuerſitatis oblata, quæ quibus præponenda ſint, internoſcere; Nos optimum factu, piiſque omnibus gratũ fore
Eph. 4. arbitrati, vt Eccleſiæ filij ab his perplexitatibus, eiuſdẽ Eccleſiæ iudicio, liberentur, vtiq; eos, quibus vnum baptiſma, vna fides, vna ſpes vocationis eſt, diſſentiens non diuidat lectio ſcripturarum, quarum potiſſimum indifferens cõſenſio eos

debuit

debuit in vnitatem spiritus copulare; Auctoritate, & tenore præmissis mãdamus, vt Vulgatæ editionis Biblia posthac nonnisi vniformia imprimantur, nec aliquid à textu diuersum in margine scribatur. Quæ vero antehac quibuscunque in locis impressa sunt, iuxta hunc nostrum textum ad verbum, & ad literam corrigantur. Idque tam in impressis, quàm in imprimendis Missalibus, Breuiarijs, Officijs Beatæ Mariæ Virginis, Psalterijs, Ritualibus, Põtificalibus, Ceremonialibus, & alijs Ecclesiasticis libris, quoad eas tantum scripturæ lectiones, & verba, quæ ex Vulgata editione sumpta, atq; in eisdem libris inserta fuisse cõstat; vbique seruetur. Si quis autem Typographus in quibuscunque regnis, Ciuitatibus, Prouincijs, & locis tam nostræ, & S.R.E. ditioni in temporalibus subiectis, quàm non subiectis, Biblia, sacramq; Scripturã intra decennium predictum, quoquo modo; lapso autem decennio aliter quam iuxta huiusmodi exemplar ab Inquisitore, seu, in eius defectum, ab Episcopo sibi tradendum, etiam minima aliqua particula mutata, addita, vel detracta, aut ad marginem, vel in textu adscripta, etiam per modum scholiorum, annotationum, vel glossæ, typis mandare, aut sic quidem codices impressos, & emendatos, sine tamen dicto signo, & attestatione, quod cum priori exemplari, sibi, vt præfertur, tradito concordent vendere, venales habere, aut aliàs edere, vel euulgare; aut, si quis Bibliopola à se, vel ab alijs quibusuis, etiam ad hãc vsque diem, vel in futurum, ante, vel post Dat: præsentium literarũ impressos libros, seu imprimendos, à præfata per nos restituta, & correcta Editione in aliquo discrepantes, vel iuxta eam ad vnguem non emendatos, ac simili Inquisitoris, seu Episcopi, subscriptione non approbatos, seu cũ additionibus, aut varijs lectionibus ad marginem conscriptis excusos, pariter vendere, venales proponere, vel euulgare præsũpserit; is, qui in supradictis casibus, siue eorũ quolibet nostræ huic Constitutioni non paruerit, vltra amissionem omnium librorum, & alias temporales arbitrio infligendas pœnas, etiam maioris excommunicationis sententiam eo ipso incurret, a qua, nisi in mortis articulo constitutus, ab alio, quam pro tempore existente Rom. Pontifice absolui non possit. Quòd si Inquisitor, aut Episcopus aliud exemplar ab eo, quod in Vaticana Typographia impressum est, quoquo modo discordans Typographo ad imprimendum tradiderit, vel impressum suo signo, aut subscriptione approbauerit, quod reuera ab eo discordet; in eum, si Antistes fuerit, etiãsi Archiepiscopali, Primatiali, Patriarchali, vel alia maiori præfulgeat dignitate, interdicti ingressus Ecclesiæ; si autem inferior, excommunicationis sententiam ipso facto incurrendam ex nunc per præsentes ferimus, ita vt ab alio, quam à Rom. Pontifice absolutionis, aut relaxationis beneficium consequi nequeat. Et nihilominus tam Inquisitor, seu Episcopus ipse, qui huiusmodi libros à præfata impressione Vaticana differentes approbauerit, quàm etiam Typographus, seu Bibliopola, qui nostris superius expressis preceptis, ac prohibitionibus in aliquo non obtemperauerit, in congregatione Cardinalium sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis aduersus hæreticam prauitatem pro tempore deputatorum, seu coram Iudice, vel Iudicibus ab eadem Congregatione delegatis, de huiusmodi facto in districto iudicio rationem reddere teneatur, ac pro modo culpæ, seueris pœnis eiusdem Congregationis, seu Iudicis, vel Iudicum, ab ea deputandorum arbitrio puniatur. Cæterum si manuscripta, vel impressa Biblia huius etiam Vulgatæ Editionis, ob characterum venustatem, seu ob aliquod insigne Codicis ornamentum, siue ob impressionis præstantiam, vel ob notationes ad marginem scriptas asseruantur, & iuxta nostrum hoc exemplar emendata non fuerint, ea in ijs, quæ huic nostræ Editioni nõ consenserint, nullam in posterum,

fidem, nullamque auctoritatem habitura esse decernimus, ac declaramus: Mandates vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis Episcopis, cæterisque Ecclesiarum, & locorum etiam Regularium prælatis, per vniuersum orbē cōstitutis, vt præsentem Constitutionem in suis quisque Ecclesijs, Prouincijs, Ciuitatibus, Diœcesibus & iurisdictionibus curēt perpetuo, firmiter, & inuiolate ab omnibus obseruari, cōtradictores, & inobedientes per cēsuras Ecclesiasticas, aliáq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, non obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, atque in Generalibus, Prouincialibus, vel Synodalibus Concilijs editis, nec non quaruncunque Ecclesiarum, Ordinum, Congregationum Collegiorum, atque Vniuersitatum, etiam studiorum Generalium, iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore pacifice obseruatis, Priuilegijs quoque, Indultis, & litteris Apostolicis, illis, eorumque vel earum Prælatis, Superioribus, & personis per quoscunque Romanos Pontifices, Prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, & alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritātibusque & alijs decretis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, & sæpius approbatis, & innouatis Quibus omnibus, & singulis etiamsi in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi de consensu certarum personarum, vel nisi sub certis modo & forma inibi expressis, derogari possit, & aliàs factæ derogationes nullæ sint eo ipso, ac pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica & expressa mentio habenda, seu quæuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret. Tenores huiusmodi pro expressis habentes ad effectum præsentium duntaxat, derogamus, ac nolumus illa cuiquam aduersus præmissa in aliquo suffragari; aut, si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem præsentes litteras in valuis Basilicæ Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ de more publicari, & intra quatuor menses, eos, qui citra montes sunt; qui vero vltra montes, intra 8. menses à die publicationis huiusmodi numerandos, perinde arctare, & afficere, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent: Decernentes vt earum transumptis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, ac sigillo Prælati Ecclesiastici obsignatis, eadem vbique habeatur fides, quæ ipsis originalibus exhibitis, vel ostensis haberetur. Nullo ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti declarationis, decretorum, voluntatum, prohibitionis, derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. *Dat Romæ apud sanctam Mariam Maiorem, Anno incarnationis Dominicæ 1589. Kalendis Martij, Pontificatus nostri anno Quinto.*

INDEX

INDEX LOCORVM MANV ipsius SIXTI QVINTI vel aliorum

post impressionem correctorum.

DEleto alio nescio quo vocabulo superind. citur ex noua impressione castigationéque, verbum *prioribus*. Gen. cap. 41. v. 10.

Vox *tasubitaram* exuncto alio vocabulo. Num. cap. 26. v. 8.

Hæc duo verba *in circuitu*. 4. Reg. cap. 6. v. 15.

Verbū *Iosue* bis in eodem cap. nimirum 2. Esdr. c. 12. v. 2. cum antea *Iesue* per incuriā typographi (vt est maxime probabile) imprimeretur; hæc duo vocabula calamo correcta reperio, cætera vero ope manū typographi.

Dispuncta voce *latitudinē*, imprimitur de nouo vox *altitudinē*, libro Iudith c. 1. v. 1. quæ tamen correctio, vsque adeo displicuit Clementi, vt versis vocabulis curaret, vt contrarium cuderetur.

Hæc verba Iob. 18. v. 11 delitis alijs *inuoluent pedes eius.*

Ita vocula, *ea*. Psal. 148. v. 6.

Verbum, *Est*, Prou. 30. ver. 27. manu correctum reperio.

Vox, *venit*. Cant. cap. 2. v. 8.

Littera *a* in voce *Cantica* quæ est in titulo libri.

Verbum *greges*. Cant. cap. 4. v. 2. & rursum ver. 3.

Vocabulum *videbis*. Cant. cap. 7. v. 1.

Verba hæc *de deserto*. Cant. cap. 8. v. 5.

Vltima syllaba in verbo *quoniam*, & integrum vocabulum *immortalitas*. Lib. Sap. cap. 8. v. 14.

Vox *denotatio* (hoc etiam notatum vo. lo) Ecclesiastici cap. 5 v. 15. correxit hoc manus Sixti vel aliorum.

Vox, *inclinentur*. Isa. c. 14. v. 11.

Hæc verba, *num quid* Isa. 52. v. 5. vbi vides vocabulum correctum, egere & ipsum quoque correctione alia.

Verba hæc, *Exuime*. Baruch. cap. 4. 16.

Vox *limatus*. Ezech. cap. 21. v. 7 antea *limatus* erat in impressis exemplaribus, hoc palam est, quia soluto glutine, apparet syllaba prior eiusdem vocis.

Verbum, *limpidissimam*. Ezech. cap. 26. ver. 13.

Vox, *cornua* notatur calamo, tum infra vocem, tum etiam in margine perinde ac si delendum foret. Dan. cap. 7. ver. 6.

Hæc verba Danielis in eod. cap. v. 14. *quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra*, notantur, sed quem in finem Hercules, nescio.

Hæc verba, *in Ierusalem*, Sixtus deleuerat cum ea à Clemente in editione Bibliorum suorum vnde ignorantia crassa deiecta essent, restituantur, verba extant Zachariæ cap. 12. ver. 5.

Verbum, *reliquatis*, relictum est ab ignauo & oscitante typographo.

In nouo Testamento particula, *&*, vel aliqua alia eiusmodi particula deletur, in Actibus Apostolorum. c. 7. v. 6. præter quem errorem alium non reperio

perio, excepto nisi quod verbum *pro* abundet. 1. Petri c. 3. v. 11. quod tamen ipsum obeliscum Sixti effugere non potuit. Itaque frustra aut sine summis atque grauissimis rationibus non sunt illa glorioſa verba aureis literis inscribenda præpoſita Nouo Testamento ex vltimo Apoc. *Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his, quæ scripta sunt in libro isto.* Nam ea fuit correctio huius libri vt omnia bene, vt vulgo, vel vt de Deo dicitur Gene. 1. ver. vlt. valdè benè videret: verum metuens sibi in veteris Testamenti correctionibus, & emendationibus (quamquam in Veteri Testamento non minus locum habeant quam in Nouo) consultò omisit hæc verba Sixtus: quod ritè factum ab eo, eiusdem editionis cum Clementis comparatio, quam in sequentibus (lector beneuole quisquis es tibi exhibemus) iustissimè cõprobabit. Quod si vtrámque editionem qui sciunt Hebraicè ad Lydium lapidem originaliam linguarum, in quibus scripta sunt Biblia reduxerint, inuenient illam querelam Domini de Iudæis apud Isaiam non minus veram de papistis pontificiáque Bibliorum deprauatione, quam quæ apud Sagram. *Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est aqua.* Isa. 1. 22.

BIBLIA

BIBLIA SACRA VVLGATÆ EDITIONIS SIXTI QVINTI PONT. MAX. IVSSV.

RECOGNITA ATQVE EDITA.

Accipe & deuora. Apoc. 10.

ROMÆ.
Ex Typographia Apostolica Vaticana.
1592.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

IN *multis magnisq; beneficijs, quæ per sacram Tridentinam Synodum Ecclesiæ suæ Deus contulit, id in primis numerandum videtur, quod inter tot Latinas editiones diuinarum Scripturarum, solam veterem ac vulgatam, quæ longo tot seculorum vsu in Ecclesia probata fuerat, grauissimo Decreto authenticam declarauit. Nam, vt illud omittamus, quod ex recentibus editionibus non paucæ ad hæreses huius temporis confirmandas licenter detortæ videbantur: ipsa certe tanta versionum varietas, atque diuersitas magnam in Ecclesia Dei confusionem parere potuisset. Iam enim hac nostra ætate illud fere euenisse constat, quod sanctus Hieronymus tempore suo accidisse testatus est, tot scilicet fuisse exemplaria, quot codices, cum vnusquisque pro arbitrio suo adderet, vel detraheret. Huius autem veteris ac vulgatæ editionis tanta semper fuit auctoritas, tamque excellens præstantia, vt eam cæteris omnibus Latinis editionibus longe ante ferendam esse, apud æquos Iudices in dubium reuocari non posset. Qui namque in ea Libri continentur (vt a maioribus nostris quasi per manus traditum nobis est) partim ex sancti Hieronymi translatione, vel emendatione suscepti sunt; partim veteri ex antiquissima quadam editione Latini, quam S. Hieronymus communem & vulgatam, sanctus Augustinus Italam, sanctus Gregorius Veterem translationem appellat. Ac de veteris quidem huius, siue Italæ editionis sinceritate atq; præstantia præclarum sancti Augustini testimonium extat in secundo libro de Doctrina Christiana, vbi Latinis omnibus editio-*

Præfat. in Iosue.

S. Hiero. in c. 49. Isa.

S. Aug. lib 2. de Doctrina Christ. c. 14.

S. Greg. Epistola dedic. ad Leandrum c. 5. in fin S. August. vbi supra.

nibus,

nibus, quæ tunc pluuimæ circumferebantur, Italam præferendam censuit, quod esset vt ipse loquitur, verborum, tenacior cum perspicuitate sententiæ. De sancto vero Hieronymo multa extant veterum Patrum egregia testimonia: eum enim sanctus Augustinus hominem doctissimum, ac trium linguarũ peritissimum vocat, atque eius translationẽ ipsorum quoque Hebræorum testimonio veracem esse confirmat. Eundem sanctus Gregorius ita præ dicat, vt eius translationem, quam nouam appellat, ex Hebræo eloquio cuncta veriùs trãsfudisse dicat: atque idcirco dignissimum esse, cui fides in omnibus habeatur. Sanctus autem Isidorus non vno in loco Hieronymianam versionem cæteris omnibus anteponit, eamq; ab Ecclesijs Christianis cõmuniter recipi ac probari affirmat, quòd sit in verbis clarior, & veracior in sententijs. Sophronius quoque, vir eruditissimus, S. Hieronymi translationem non Latinis modo, sed etiam Græcis valde probari animaduertens, tanti eam fecit, vt Psalterium & Prophetas ex Hieronymi versione in Græcũ eleganti sermone transtulerit. Porro qui secuti sunt, viri doctissimi, Remigius, Beda, Rabanus, Haymo, Anselmus Petrus Damiani. Richardus, Hugo, Bernardus, Rupertus, Petrus Lombardus, Alexander, Albertus, Thomas, Bonauentura, cæterique omnes, qui his nongentis annis in Ecclesia floruerũt, sancti Hieronymi versione ita sunt vsi, vt cæteræ, quæ pæne innumerabiles erant, quasi lapsæ de manibus Theologorum, penitus obsoleuerint. Quare non immerito Catholica Ecclesia S. Hieronymum doctorem maximũ, atque ad Scripturas sacras interpretãdas diuinitus excitatum ita celebrat, vt iam difficile non sit illorum omnium damnare iudicium, qui vel tam eximij Doctoris lucubrationibus non acquieſcunt, vel etiam meliora, aut certè paria præstare se posse confidũt. Ceterum ne tam fidelis translatio, tamque in omnes partes Ecclesiæ vtilis, vel iniuria temporum, vel impressorum incuria, vel tenere emendantiũ audacia, vlla ex parte corrumperetur, eadẽ sacrosancta Synodus Tridentina illud Decreto suo sapienter adiecit, vt hæc ipsa vetus ac vulgata Editio emẽdatissimè, quoad fieri posset, imprimeretur neq; vlli liceret eam sine facultate & approbatione Superiorũ excudere. Quo Decreto simul Typographorum temeritati ac licentiæ modum imposuit, & Pastorum Ecclesiæ in tanto bono quàm diligentissime retinendo, & conseruando, vigilantiam atque industriam excitauit. Et quamuis insignium Academiarũ Theologi in Editione vulgata pristino suo nitori restituenda magna cum laude laborauerint; quia tamen in tanta re nulla potest esse nimia diligentia, & codices manuscripti cõplures & vetustiores summi Pontificis iussu conquisiti, atque in vrbem adueherentur; & demum, quoniam executio generaliũ Conciliorum, & ipsa Scripturarum integritas ac puritas adeuram Apostolicæ sedis potissimum pertinere cognoscitur; ideo Pius 4. Pontifex max. pro sua in omnes Ecclesiæ partes incredibili vigilantia, lectissimuis aliquot sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, aliisq; tum sacrarum literarum, tum variarum linguarum peritissimis viris, eam prouinciam demandauit, vt vulgatam edit. Lat. adhibitis antiquissimis codicibus manuscriptis, inspectis quoque Hebraicis, Græcisque Bibliorum fontibus; consultis denique veterum Patrum commentarijs, accuratissime castigarent. Quod itidem institutũ Pius 5 prosecutus est. Verum Cõuentum illum ob varias, grauissimásque sedis Apostolicæ occupationes iamdudum intermissum, Sixtus 5 diuina prouidentia ad summum Sacerdotium euocatus, ardentissimo studio renouauit, & opus tandem confectum typis mandari iussit. Quod cum iam esset excusum, & vt in lucẽ emitteretur, idem Pontifex operã daret, animaduertens non pauca in sacra Biblia præli vitio irrepsisse, quæ iterata diligẽtia indigere viderentur, totum opus sub incudem renocãdum censuit atque decreuit. Id vero cum morte præuentus præstare nõ potuisset. Gregorius 14 qui post Vrbani 7 duodecim dierum Pontificatum Sixto successerat, eius animi intentionẽ executus perficere aggressus est, amplissimis aliquot Cardinalibus, aliisque doctissimis viris ad hoc iterum

deputa-

Lib. 18. de Ciuit. Dei. cap. 43.

Lib. 20. moral. 24.

Lib. 6. Etymol. c. 5.

Lib. 1. de Diuin. off. 12.

Comm. 11 Qui enim custodierint *iusta*, *iusti*, *iustificabuntur* & qui didicerint *ista* inuenient quid respondeant. *Cl.*
8 Qui enim custodierint *iustitiam*, *iustè iudicabuntur* & qui didicerint *iusta* inuenient. *Six.* Lou.

CAP. 7.

Com. cas. 1 Ex genere *terreni* illius, qui prior factus est. *Cl.* 4. MS. G.
ib. *Terreno. Six.* Lou.
Comm. 18 Vicissitudinum permutationes, & *commutationes* temporum. *Cl.* G.
11 *Consummationes. Six.* Lou.
Com. cas. 22 Amans bonum, acutus, *quem* nihil vetat *benefaciens. Cl.*
11 *Qui* nihil vetat *benefacere. Six.* Lou.

CAP 8.

Comm. 17 Immortalitas est in *cognatione* sapientiæ *Cl.* G.
14 *Cogitatione. Six.* Lou.
Com. casus. vlt. Hoc ipsum erat *sapientiæ. Cl.* 6 MS. Aug. G.
ib. *Sapientia. Six.* Lou.

CAP. 10.

Com. gen. 4 Propter *quem* cum aqua deleret terram. *Cl.* MS. G. Q. N.
3 *Quod. Six.* Lou.
Com. 5 In consensu *nequitiæ. Cl.* MS. Q.
4 *Superbiæ. Six.* Lou.
Com. 5 Cũ se nationes *consuliſſent. Cl.* 4. MS. Q. N. G.
4 *Extuliſſent. Six.* Lou.
Cõ. cas. 5 In *filij misericordia* fortem custodiuit. *Cl.* G.
4 In *filijs misericordiam. Six.* Lou.

CAP.

CAP. 11.

Addit. 5 A defectione potus sui, *& in eis* cum abundarent filij Israel lætati sunt. *Cl.* MS. R. hæc sẽ: ẽtia in G. nõ repertitur.
5 A defectione, potus sui, cum abundarent &c. *Six.* Lou.

Com. num. 15 Non similiter iustis *sitientes*. *Cl.* G. Q. N.
13 *Faciens*. *Six.* Lou.

Detr. 19 Aut noui generis ira plenas ignotas bestias. *Cl.*
14 *Aut* ignotas bestias. *Six.* 3. MS. R.

CAP. 12.

Addit. 2 Eos qui *exerrant* partibus corporis. *Cl.* Lou. errant ex partibus corripis. 2 MS. Q N.
2 *Errant*. *Six.*

Detr. 20 Cum tanta crucĩeasti atttione dans tempus & locum. *Cl.* G.
15 Cruciasti attentione *& liberasti* dãs tempus &c. *Six.* Lou.

Addit. sent. 26 & 27 Dignum Dei iudicium experti sunt. *In quibus enim patientes* indignabantur. *Cl.* G.
20 *In his enim quæ patiebantur molestiẽ ferebant, in quibus autem patientes* indignabantur. *Six.* Lou.

CAP. 14.

Com. 4 Potens es ex omnibus saluare, etiamsi fine *arte* aliquis adeat mare. *Cl.*
2 *Rate*. *Six.* Lou.

Error typogr. 8 Per manus autem quod fit idolum, *maledictum* est & ipsum. *Cl.*
6 *Maledictum*. *Six.*

Erratum typogr. 8 *Illud* autem cum esset fragile Deus, cognominantus est. *Cl.*
6 *Illud*. *Six.*

Addit. 11 Propter hoc & *in* idolis nationum non erit respectus. *Cl.*
9 Et idolis. *Six.* Lou.

Com. 14 Superuacuitas enim hominum hæc *aduenit* in orbem terrarum. *Cl.* G.
11 *Adinuenit*. *Six.* Lou.

Cõmut. vlt. Non enim *iuratorum virtus*, sed peccantium pœna perambulat. *Cl.*
ib. *Iurantium*. *Six.* Lou.

CAP. 15.

Detr. 6 Marorem amatores, digni sunt qui spem habeant in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt & qui colunt. *Cl.* Lou.
4 Digni sunt *morte* qui spem habeant &c. *Six.* Q. N.

CAP. 16.

Cõmut. 11 In memoria enim seruorum tuorum *examinabantur*. *Cl.* Lou.

Detr. 9 *Exterminabãtur*. *Six.* MS. R. G. Q N.

Com. 14 Homo autem occidit quidem per malitiam, & cum exierit spiritus non reuertetur. *Cl.* G.
11 Occidit quidem per malitiam *animam suam* &c. *Six.* Lou.

Com. cæsus. 21 *Substantia* enim *tua* dulcedinem tuam quam in filios habes *ostendebat*. *Cl.* G.
17 *Substantiam* enim *tuam* dulcedinem —*ostendebat*. *Six.* Lou.

Com. 28 Ad *orsum* lucis te adorare. *Cl.* 23. MS. R. Q. N.
22 *Orientum*. *Six.* Lou.

CAP. 17.

Com. cæs. 7 Sapientiæ *gloriæ* correptio cum cõtumelia. *Cl.*
6 *Gloria*. *Six.* Lou.

Addit. 9 & 10 Aerem—negantes se videre. *Cũ sit enim timida nequitia dat testimoniũ condemnationis: semper enim præsumit sæua, perturbata cõscientia.* Nihilenim est timor nisi perditio cogitationis auxiliorum. *Cl.* 22. MS Q. N.
6 Negãtes se videre. *frequenter. n. præoccupant pes-ma, redarguente conscientia.* Cum sit enim, &c. *Six.* Lou.

CAP. 18.

Detr. 1 Quia non & ipsi eadem passi erant. *Cl.* MS. Q. R.
ib. *Per* eadem passi erant. *Six.* Lou.

Cõ. caſ. 9 *Patrum iam* decantantes laudes. *Cl.* 2. MS. G.

Detr. 8 *Patrimonium*. *Six.* Lou.
15 Omnipotens sermo tu⁹ de cœlo. *Cl.*
13 *Exiliens* de cœlo. *Six.* Lou.

CAP. 19.

Com. 2 Consequebantur illos pœnitentia *acti*. *Cl.* G. Lou.
1 *Actus*. *Six.*

¶ *Prologus in Eccleſiaſticum.*

Com. ℣. 1 NEceſſe eſt—& *dicentes* & ſcribentes doctiſſimos fieri. *Cl.* M S. G. Q.
ib. *Diſcentes. Six.* Lou.
2 Illorum peritiſ *facti. Cl.* Com.
ib. *Fieri. Six.* Lou.

LIBER ECCLESIASTICI.

CAP. 1.

Com. ℣. 36 NEſis *incredibilis* timori Domini. *Cl.* Lou.
32 *Incredulus, Six.*

CAP. 2.

Com. 5 Ignigne probatur aurum & argentum homines verò *receptibiles* in camino humiliationis. *Cl.* Lou.
4 *Acceptabiles. Six.* M S.

CAP. 3.

Com. 10 Superueniat tibi benedictio ab *eo Cl.*
9 *A Deo. Six.* Lou.

CAP. 5.

Detract. 16 Non appelleris ſuſurro. *Cl.* G. Lou.
14 *In vita tua. Six.* M S. R. Rab. G. Q.

CAP. 6.

Com. caſ. 32 *Stolam* gloriæ indues eam. *Cl.* MS. Rab. G.
26 *Stola. Six.* Lou.

CAP. 7.

4 Noli quærere à *Domino* ducatũ. *Cl.* G.
4 *Ab homine. Six.* Lou.
Com. 6 Ponas ſcandal. in *æquitate* tua. *Cl.* G.
6 *In agilitate* &c. *Six.* Lou.
Com. 13 Noli *arare* mendacium aduerſus fratrem tuum. *Cl.* G.
11 *Amare. Six.* Lou.

CAP. 8.

Contra. 8 Omnes morimur; & in gaudium *nolumus* venire. *Cl.* 12. M S. Rab.
7 *Volumus. Six.* Lou.
Com. modi. 12 Ab ipſis diſces—in tempore neceſſitatis *dare* reſponſum. *Cl.* 2. M S. G.
9 *Dabis. Six.* Lou.

CAP. 10.

Com. 3 Ciuitates inhabitabuntur per ſenſum *potentium. Cl.* G.
ib. *Prudentium. Six.* Lou.
Com. 5 In manu Dei *proſperitas* hominis. *Cl.* G.
℣. 5 *Poteſtas. Six.* Lou.
27 Magnus & iudex, & potens eſt in honore. *Cl.* G. Q. N. Com.
24 *Eſt. Six.* Lou.

CAP. 33.

22 Quæ communicatio—ſancto *homini* ad canem? *Cl.* Lou. Addit.
22 Sancto ad canem? *Six.*

CAP. 16.

5 Ab vno, ſenſato inhabitabitur patria, *tribus* impiorum deſeretur. *Cl.* Com. caſ. & detr.
4 *Et à tribu* &c. *Six.*
9 Non pepercit peregrinationi *Loth* & execratus eſt eos præ ſuperbia illorum. *Cl.* Com.
7 Peregrinationi *illorum. Six.* Lou.
22 Interrogatio *omnium* in conſummatione eſt. *Cl* 5. M S. Rab. G. Com.
16 *Hominum. Six.* Lou.
vlt. *Denunciauit Cl.* M S. R. Rab. G. Com. temp.
ib. *Denunciabit. Six.*

CAP. 17.

18 Eleemoſyna viri quaſi *ſignaculum* cum ipſo. *Cl.* M S. Rab. G. Com.
16 *Sæculus. Six.* Lou.
pen. Quid nequius *quam quod* excogitauit caro & ſanguis. *Cl.* M S. R. Addit.
ib. Quid nequius excogitauit. *Six.* Lo.

CAP. 18.

14 Miſeretur *excipientis* doctrinam miſerationis. *Cl.* M S. Rab. G. Q. N. Com. caſ.
13 *Excipiens. Six.* Lou.
24 Tempus retributionis in conuerſatione *faciei. Cl.* In conuerſione faciei 4. M S. Rab. G. Com. caſ.
23 *Facies. Six.* Lou.
27 Homo ſapiens in omnibus *metuet. Cl.* 2. M S. Com. temp.
26 *Metuit. Six.* Lou.
29 *Impluerũt* prouerbia & iudicia. *Cl.* G. Com.

¶ 18 *Imploranerunt. Six.* Lou.

CAP. 19.

Detr. 24 Eſt qui inclinat faciem—ſuam. *Cl.* Lou. G.
21 Eſt *inſtus* &c. *Six.*

CAP. 21.

Contra. 15 Eſt autem *ſapientia* quæ abundat in malo. *Cl.* M S. G.
ib. *Inſipientia. Six.* Lou.
Addit. 18 Quodcunque audierit—laudabit, & *ad ſe* adijciet. *Cl.* 8. M S. R. Rab. G.
18 Et adijciet. *Six.* Lou.

CAP. 22.

Detract. 20 Cogitatus ſenſati in omni temp. metu non deprauabitur. *Cl.* M S. G.
19 *Vel* metu &c. *Six.* Lou.

CAP. 23.

Com. gen. 6 *Animæ* irreuerenti & *infrunitæ* ne tradas me. *Cl.* Lou.
5 *Animo* irreuerenti & *infrunito. Six.* MS.

CAP. 24.

Com. temp. 39 *Abundauit. Cl.* 4 M S. Rab. G.
23 *Abundabit. Six.* Lou.
Com. num. 41 Ego quaſi *fluuij dyorix. Cl.* MS. Q. N.
25 *Fluuius dorix. Six.* Lou.

CAP. 27.

Detract. 23 Maledicti eſt cõcordatio. *Cl.* Lo. G.
21 *Dura* eſt &c. *Six.*

CAP. 28.

Detract. 28 Ori tuo facito oſtia, & ſeras. *Clem.* Rab. G.
23 Et ſeras *auribus tuis. Six.* Lou.

CAP. 29.

Contra. 10 Multi non cauſa nequitiæ *non* fœnerati ſunt. *Cl.* M S. G. Q.
6 Cauſa nequitiæ fœnerati ſunt. *Six.* Codex Vaticanus. Lou.

CAP. 31.

Addit. 13 Non dicas *ſic*: multa ſunt quæ ſuper illam fiunt. *Cl.* Non dicas ſi multa ſunt. Lou.
Com. 12 Non dicas: multa &c. *Six.* G.
30 *Diligêtes* in vino noli prouocare. *Cl.* Lo. Rab. in vino ne virũ te prębeas. G.
25 *Delectantes. Six.*
Addit. 32 Æqua vita homi ibus vinum in *ſo*brietate ſi bibas illud moderatè eris ſobrius. *Cl.* Lou.
27 Vinum ſi bibas illud moderatè. *Six.*

CAP. 32.

4 & 5 Loquere maior natu: decet enim te primum verbũ diligenti *ſcientia. Cl.* Cõ. caſ.
3 *Scientiam. Six.* Lou.
19 Qui inſidioſè agit ſcandalizabitur *in* ea. *Cl.* Lou. Com.
16 *Scadalizabitur ab. Six.*

CAP. 33.

15 Duo & duo, & vnum contra vnum. *Cl.* G. M S. Rab. Com.
ib. Duo *contra* duo, &c. *Six.* Lou.

CAP. 34.

3 Ante faciem hominis ſimilitudo hominis. *Cl.* M S. G. Detr.
2 *Alterius* hominis. *Six.* Lou.

CAP. 37.

7 Noli conſiliari cum eo, qui tibi inſidiatur, & à zelantibus te abſconde conſilium. *Cl.* Detract.
ibid. *Cum ſocero tuo* & à zelantibus te &c. *Six.* Lou
12 Tracta—cum muliere de *ea* quæ æmulatur. *Cl.* 3. M S. R. G. Com. num.
10 De *hijs* quæ, &c. *Six.* Lou.
15. & 16 Cum viro ſancto aſſiduus eſto—qui cum *titubauerit* in tenebris, condolebit tibi. *Cl.* Rab G. quicunque titubauerit. Lou. Com. perſ.
11 *Titubauerit. Six.*

CAP. 38.

1 Honora medicum propter neceſſitatem: etenim illum creauit altiſſimus *Cl.* G. Lou. Interpunctio varia.
ibid. Honora medicum propter neceſſitatem etenim illum, &c. *Six.*
4 Altiſſimus creauit de terra *medicamenta* & vir prudens non abhorrebit *illa. Cl.* Com. caſ. & addit.
4 *Medcinam* & vir prudens non abhorrebit *illam. Six.* Lou.
25 *Sapientia ſcribæ* in tempore vacultatis. *Cl* G. Com. caſ. & or. var.
21 *Sapientiam ſcribe. Six.* Lou.

CAP. 39.

5 Bona & mala in *hominibus* tentabit. *Cl.* M S. Rab. G. Com.

5 In

5 In *omnibus. Six.* Lou.

Com. 34 Furorem eius, qui fecit illos, *placabant. Cl.* 1. M S. G.

26 *Confundent. Six.* Lou.

CAP. 40.

Detr. 14 In aperiendo manus suas lætabitur. *Cl.* G. Lou.

9 *Pius* lætabitur. *Six.*

CAP. 41.

Transp. & contr. forte. 18 Melior est homo *qui absondit stultitiam suam, quam homo, qui absondit sapientiam suam. Cl.* G. Lou.

15 Qui *absondit sapientiam suam quam homo qui absondit stultitiam suam. Six.*

Detr. vlt. Ab amicis de sermonibus improperij. *Cl.* Lou.

ibi. *Caue* de sermonibus improperij. *Six.* M S. Q. R.

CAP. 42.

Com. 8 Probabilis in conspectu omnium *viuorum. Cl.* G.

5 *Virorum. Six.* Lou.

Com. 9 Filia patris abscondita est vigilia, & solitudo eius aufert somnum, ne forte in adolescentia sua *adulta* efficiatur. *Cl.* Q. N.

6 *Adultera. Six.* Lou. G.

CAP. 43.

Com. casus & num. 11 In verbis *sancti* stabunt ad iudicium. *Cl.* M S. R. G.

10 *Sanctus. Six.* Lou.

Error typog. 17 In *vultate* eius aspirabit Notus. *Cl.*

Com. 16 In *voluntate. Six.* Lou.

casi. 23 Extinguet viride, sicut *ignem. Cl.*

21 *Ignem. Six.* Lou. M S. Rab.

Com. caſ. & gen. 25 In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum, & plãtauit *in illa Dominus insulas. Cl.* G.

23 Plantauit *illũ Dominus Iesus. Six.* Lo.

CAP. 45.

Com. 6 Dedit illi *coram* præcepta. *Cl.* 3. M S. G.

5 *Con ad. Six.* Lou.

Com. 9 Circumcinxit eum zona *gloriæ. Cl.* Lou. G.

6 *Iocunditatis. Six.* MS.

Com. caſ. 12 *Stolam sanctam. Cl.* M S. Rab.

8 *Stola sancta. Six.* Lou. G.

CAP. 46.

4 Hostes ipse Dominus *perduxit. Cl.* Com. Lou.

3 *Pertussit. Six.* M S. Q. Rab.

17 Vidit *Deus* Iacob, & in fide sua probatus est propheta. *Cl.* vidit Dominus. 4. M S. G. Com. caſ.

11 *Deum. Six.* Lou.

vlt. Exultauit vocem *suam* de terra in prophetia. *Cl.* Com.

ibi. *Eius. Six.* Lou.

CAP 47.

6 Nam inuocauit Dominum omnipotentẽ & dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello. *Cl.* M S. G. Addit. & Detr.

5 Nam *vbi* inuocauit Dominum omnipotentem, dedit &c. *Six.* Lou.

13 *Dominus* purgauit peccata ipsius. *Cl.* G. Com.

10 *Christus. Six.* Lou.

15 Salomon eruditus *es* in iuuentute *tua* & impletus *es* q asi flumen sapientia, & terram retexit anima *tua. Cl.* 2. M S. G. Q. Com. per. & contr.

12 Eruditus *est* in iuuentute *sua*, & impletus *est* quasi flumen sapientia, & tertam retexit anima *sua. Six.* Lou.

22 Profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos & *ineitari* stultitiam tuam *Cl.* 3. M S. Q N. Com.

15 *In cæteris. Six.* Lou.

CAP. 48.

3 Deiecit *de* cœlo ignem terræ. *Cl.* G. Com.

3 *A Six.* deiecit a se ignem terræ, Lou. Com.

13 Elias quidem in turbine *testus* est, *Cl.* Lou. G.

11 *Vestus. Six.*

CAP. 49.

13 Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signum in dextera manu, *sic* & Iesum filium Iosedec. *Cl.* G. Com. & interp. va.

12 In dextera manu *Israel:* & Iesum &c. *Six.* Lou.

16 *Et* nemo natus est in terra qualis Henoch nam & ipse receptus est a terra. *Neque vt* Ioseph qui natus est homo. *Cl.* G. Addit. & Com.

LIBER ISAIAE.

5 *Et* Ioseph qui &c. *Six.* Lou.

CAP. 50.

Addit. 26 Credere *Israel* nobiscum esse Dei misericordiam. *Cl.* Lou.

21 Credere nobiscum esse. *Six.* G.

CAP. 51.

Com. temp. 19 Ante *templum* postulabam pro illa & vsque in nouissimis inquiram eam & *effloruit* tanquam præcox vua. *Cl.* G.

12 Ante *tempus Splovebit. Six.* Lou.

Detract. Com. per. & contr. 16 Manus meas extendi in altũ, *& insapientiam eius luxi* Animam meam direxi ad illam. *Cle.* In insipientia eius luxit anima mea. 2. MS. Q.R.

19 *In sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit.* Animam meam &c. *Six.* Lou.

PROPHETIA ISAIAE.

CAP. 3.

Detr. *v.* 6 APprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui; vestimentum tibi est. *Cl.* Lou. H.

4 Patris sui, *dicens &c. Six.* MS. G.C.

Detr. 14 Depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra. *Cl.* R.H.

11 Vineam *meam. Six.* MS. Hier. G.C.

CAP. 6.

Detr. 1 Ea quæ sub ipso erãt replebant templum: Seraphim stabant super illud. *Cl.* Lou. G.

ibid. Replebant templum: *& plena erat domus a maiestate eius* Seraphim stabant. *Six.*

Addit. 7 Dixit ecce *tetigit* hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua. *Cl.* 3. MS. R. H. G.

6 Ecce *tetigi, &c. Six.* Lou.

CAP. 8.

Detr. 19 Numquid non pop. à Deo suo requiret pro viuis à mortuis. *Cl.* 3. MS. Hier. H.G.C.

14 Requiret *visionem. Six.* Lou.

CAP. 13.

Detr. 4 Vox sonitus regum gentium congregatarum. *Cl.* H.

ibi. Regum *&* gentium. *Six.* Lou.

CAP. 14.

Com. temp. 15 Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci: qui te viderint *ad te inclinabitur*, te; prospiciant. *Cl.* Lou. H.

11 *Vt inclinentur &c. Six.*

CAP. 15.

Interp. varia. 1 Quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit. *Cl.* Lou.

ibi. Quia nocte vestatus est murus, Moab conticuit. *Six.*

CAP. 19.

Com. temp. 11 *Dicetis. Cl.*

ibi. *Dicitis. Six.* Lou.

Error typog. 12 Annuncient *tibi. Cl.*

ibi. *Tibi. Six.*

CAP. 20.

Com. casus & num. 4 Sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Ægypti & transmigratio. Æthiopiæ *iuuenum & senum. Cl.* 6. MS. H.G.C.

2 *Iuuenem & senem. Six.* Lou.

CAP. 22.

Com. 23 Erit in solium gloriæ Domui patris *eius. Cl.*

18 *Sui. Six.* Lou.

CAP. 26.

Detr. & com. casu & num. 18 *Salutes* non fecimus in terra. *Cl.* Lou. H.

19 *Salutis iustitiam. Six.*

CAP. 27.

Com. 13 Venient—qui eiecti erant *in* terra Ægypti. *Cl.*

ib. *De &c. Six.* Lou.

CAP. 30.

Addit. 15 Hæc dicit Dominus Deus *sanctus* Israel. *Cl.* 8. MS. R. Hier. H.G.C.

12 Dominus Deus Israel. *Six.* Lou.

Com. 29 Canticum erit vobis sicut *nox* sanctificatæ solennitatis. *Cl.* 4. MS. R. H.C.

24 *Vox. Six.* Lou.

CAP.

LIBER IEREMIAE.

CAP. 34.

Cō.caſ. & num. 14 Occurrent dœmonia *Onocentauris*. *Cl.*

13 *Onocentaurus*. *Six*. Lou.

CAP. 35.

Com. num. 4 Dicite *puſillanimis*: confortamini & nolite timere. *Cl*. Lou.

4 *Puſillanimes*. *Six*. M S. G. Q. N.

CAP. 45.

Detr. Cōmut. 6 Abſque me non eſt: ego Dominus. *Cl*. Lou.

5 Non eſt *Deus* : &c. *Six*.

21 Quis auditum fecit hoc ab initio *ex* tunc prædixit illud. *Cl*. Lou. H.

19 *Et* tunc. *Six*.

CAP. 46.

Com. 11 Vocans ab oriente *auem*, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. *Cl*. Lou.

9 Vocans ab oriente *iuſtum*. *Six*.

CAP. 49.

Detr. 21 *Iſti* vbi erant? *Cl*.

19 Vbi *hic* erant? *Six*. Lou.

CAP. 55.

Addit. 5 Gentes quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & ſanctum Iſrael *quia* glorificauit te. *Cl* Lou.

5 *Qui*. *Six*.

CAP. 59.

9 Propter hoc elongatum eſt iudicium à *nobis*. *Cl*. 6 M S. Hier. H. C. Contra

8 *Vobis*. *Six*. Lou.

CAP. 60.

9 *Quia*. *Cl*. Lou. Addit.

8 *Qui*. *Six*.

CAP. 61.

2 *Vt* ponerem lugentibus Sion. *Cl*. Com. Lou.

1 *Et* &c. *Six*.

7 Laudabunt partem *ſuam*. *Cl*. Com.

5 *Eorum*. *Six*. Lou.

CAP. 62.

2 *Nominabit*. *Cl*. 6 M S. R. H. G. C. Com. temp.

ib. *Nominauit*. *Six*. Lou.

CAP. 65.

6 Reddam & retribuam in *ſinum* eorum iniquitates. *Cl*. Lou. Com. caſus.

5 In *ſinu*. *Six*.

16 Abſconditæ ſunt ab oculis meis. *Cl*. Cō. nu.

13 *Noſtris*. *Six*. Lou.

CAP. 66.

2 Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculū & contritum ſpritu. *Cl*. Addit.

2 Ad pauperculum contritum ſpiritu. *Six*. Lou.

LIBER IEREMIAE.

CAP. 1.

Detract. ℣. 14 A B Aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ. *Cl*. Lou.

12 Pandetur *omne* malum. *Six*.

CAP. 2.

Detr. 5 Quia elongauerunt à me. *Cl*. Lou.

3 Quia *ſe* elongauerunt. *Six*.

CAP. 4.

Detract. 3 Hæc enim dicit Dominus viro Iuda & Ieruſalem. *Cl*. Lou. R. Hier. & H.

ib. Et *habitatori* Ieruſalē. *Six*. MS. G C.

CAP. 6.

Com. temp. 7 *Fecit*. *Cl*.

ib. *Facit*. *Six*. Lou.

CAP. 7.

Cō. caſ. vlt. In *deſolationem* enim erit terra. *Cl*.

ib. *Deſolatione*. *Six*. Lou.

CAP. 11.

18 *Tunc* oſtendiſti mihi ſtudia eorum. *Cl*. Com.

12 Tu. *Six*. Lou.

CAP. 14.

14 Viſionem mendacem, & diuinationem *& fraudulentiã* & ſeductionem cordis ſui prophetāt vobis *Cl*. 4. MS. H. C. G. Com.

14 Diuinationem *fraudulentam*, & ſeductionem. *Six*. Lou.

CAP. 15.

15 Noli in patientia *tua* ſuſcipere me. *Cl*. Lou. Cō. caſ. & Detr.

14 In patientia *furoris* tui. *Six*.

LIBER BARVCH.

CAP. 17.

Com. 9 Prauum est cor *omnium. Cl.* 9. MS. Hier. super omnia H. G. C.
9 *Hominis. Six.* Lou.

CAP. 25.

Com. cas. 20 Cunctis regibus terræ Philistijm, & *Ascaloni* & Gazæ. *Cl.*
13 *Ascalonis. Six.* Lou.

CAP. 30.

Com. gen. 7 Ex *ipso* saluabitur. *Cl.*
5 *Ipsa. Six.* Lou.

CAP. 31.

Detr. 3 Attraxi te miserans. *Cl.* Lou.
3 Miserans *tui. Six.*
Detr. 18 Castigasti me & eruditus sum. *Cl.* Lou.
17 Castigasti me *Domine. Six.*
Or. va. 24 *Iudas. Cl.* Lou.
22 *Iuda. Six.*
Detra. vlt. Vsque ad torrentem Cedron & vsque ad angulum portæ equorum orientalis sanctum Domini non euelletur. *Cl.* Lou.
ib. Vsque ad angulum portæ equorum orientalis: *& vsque ad torrentem Cedron* sanctum Domini *Six.*

CAP. 32.

Com. num. 5 In Babylonem *duces* Sedechiam: & ibi erit. *Cl.* Lou.
ib. *Ducent. Six.*

CAP. 33.

Addit. 11 Confitemini Domino exercituum quoniam bonus *Dominus. Cl.* Lou.
8 Quoniam bonus. *Six.*

CAP. 38.

Detract. 11 Tulit inde veteres pannos & antiqua quæ computruerunt. *Cl.* Lou.
9 Antiqua *vestimenta. Six.*
Com. num. & cas. 24 Tradita in *manus. Cl.* 8. MS. G.
20 *Manus. Six.* H. C. Lou.

CAP. 48.

Detr. 36 Cor meum ad Moab quasi *tibiæ* resonabit. *Cl.* Lou.
30 *Tibia æris. Six.*

CAP. 49.

Com. 2 In *tumulum* dissipata. *Cl.* 1. MS. R. H. C.
ib. *Tumultum. Six.* Lou.

CAP. 50.

Com. num. 2 Confusa sunt sculptilia *eius. Cl.*
ib. *Eorum. Six.* Lou.
Com. 39 Habitabunt dracones cum *faunis* struthionibus. *Cl.*
37 *Fauuis* struthionibus. *Six.* Lou.

CAP. 52.

Detr. 29 In Anno 18 Nabuchodonosor de Ierusalem animas octingentas triginta duas. *Cl.* Lou.
25 *Transtulit* de Ierusalem. *Six.*

LIBER BARVCH.

CAP. 2.

Detract. 22 Quod si *non* audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babyloniæ: defectionem vestram faciam. *Cl.* Lou.
12 Quod si *non fecerit is nec* audieritis. *Six.* MS. R. verum in G. codicibus non legitur.

CAP. 3.

Com. 23 Negotiatores *Merrhæ* & Theman. *Cl.*
13 *Terræ. Six.* Lou.

CAP. 4.

Addit. 6 Propter quod *in ira* ad iracundiam prouocastis Deum. *Cl.* Lou.
5 Propter quod ad ira cundiam. *Six.*
Addit. 32 & 33 Ciuitates quibus seruierunt, si lij tui, punientes: & quæ accepit filios tuos. Sicut *enim* gauisa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo, sit cõtristabitur in sua desolatione. *Cl.* Lo.
27 Et quæ accepit filios tuos, sicut gauisa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo, sic &c. *Six.*

CAP. 5.

Com. cas. 6 Adducet autẽ illos Dominus ad tẽ portatos in *honore* sicut filios regni. *Cl.*
6 In *honorem. Six.* Lou.

CAP. 6.

Com. 26 Sicut mortuis *munera* eorũ illis apponentur.

ponentur. *Cl.* Lou.
26 *Humeri. Six.*
Com. 46 *Artifices. Cl.*
43 *Aurifices. Six.* Lou.
Detr. 50 Cum ſint lignea, inaurata, & inargentata, ſcietur poſtea quia falſa ſunt *Cl.* Lou.
47 Cum ſint lignea, *& lapidea* inaurata. *Six.*
Detr. 54 Cum inciderit ignis in domum deorum ligneorũ, argenteorum & aureorum, ſacerdotes quidẽ ipſorum fugient, & liberabuntur. *Cl.* Lou.
50 In domum deorum ligneorum & *lapideorum* argenteorum. *Six.*
Interpũctio var. 56 Non a furibus neq; a latronibus ſe liberabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentatĩ, quibus hi, qui fortiores ſunt, aurum, & argentum, & veſtimentũ quo operti ſunt, auferent illis, & abibunt, nec ſibi auxilium ferent. *Cl.*
52 Inargentati, quibus *iniqui* fortiores ſunt: aurum & argentum. *Six.* Lou.
58 Melius eſt eſſe—oſtium in domo, quod cuſtodit, quæ in *ipſa* ſunt, quam falſi dij. *Cl.* Com.
53 *Pace. Six.* Lou.
pen. A purpura quoque & murice quæ ſupra illos *teneant. Cl.* Com.
ib. *Tenent. Six.* a purpura quoq; & marmore quæ ſupra illos teneant. Lou.

CAP. 3.

Addit. ℣. 5 NOn—mitteris—ad populos *multos* profundi ſermonis & ingnotæ linguæ. *Cl.*
4 Ad populos profundi ſermonis. *Six.* ad populũ profundi ſermonis. Lou.
Detr. 22 Et facta eſt ſuper me manus Domini. *Cl.* Lou.
17 Et facta eſt *ibi. Six.*

CAP. 4.

Com. temp. vlt. *Conſabeſcent* in iniquitatibus ſuis. *Cl.* Lou.
ib. *Conſabeſcent. Six.*

CAP. 5.

Com. 7 Iuxta *iudicia* Gentiũ quæ in circuitu veſtro ſunt, non eſtis operati. *Cl.* Lou.
7 *Iuſtitiæ. Six.*
Detr. 10 Ideo patres comedent filios in medio tui. *Cl.* Lou.
8 Filios *ſuos. Six.*

CAP. 6.

Com. temp. 9 *Fecerunt. Cl.*
4 *Fecerant. Six.* Lou.

CAP. 7.

Com. num. 18 *Accinges* ſe cilicijs, & operiet eos formido. *Cl.*
14 *Accingent. Six.* Lou.

CAP. 9.

Com. 6 *Parvulum*, & mulieres interficite vſque ad internecionem. *Cl.* MS. Hier. & R.H.C.
5 *Parvulos. Six.* G Lou.

CAP. 13.

12 Vbi eſt litura *quam* liniſtis? *Cl.* Lou. Com. caſ.
8 *Qua. Six.*

CAP. 14.

22 Ecce ipſi *ingredientur* ad vos. *Cl.* Contr.
14 *Egredientur. Six.* Lou.

CAP. 16.

16 Sumens de veſtimentis *tuis*, feciſti tibi excelſa. *Cl.* Lou. H. Contra.
14 *Meis. Six.*
18 Et ſumpſiſti veſtimenta tua multicoloria, & *operuiſti illas. Cl.* Lou. Com.
16 *Et veſtita es eis. Six.*

CAP. 18.

19 *Portauit. Cl.* Com. temp.
8 *Portabit. Six.* Lou.

CAP. 19.

1 Et tu *aſſumes* planctum ſuper principes Iſrael. *Cl.* Lou. H. Detr. & com. mẽdi. forte.
ib. *Fili hominis aſſume* planctum. *Six.*

CAP. 20.

36 Iudicabo vos dicit Dominꝰ *Deus. Cl.* Addit.
27 Iudicabo vos dicit Dominꝰ. *Six.* Lo.

CAP. 21.

28 Mucro mucro *enaginate* ad occidendũ, *limate* vt interficias & fulgeas. *Cl.* Com. forte.

℣.20 *Imagina te—lima te &c. Six.* Lou.

CAP. 22.

Com. num. 8 Sanctuaria mea *sprenisti*, & Sabbata mea *polluisti. Cl.*

5 *Sprenistis polluistis. Six.* Lou.

CAP 24.

Detract. sent. ortè. 19 Feciq; mane ſicut præceperat mihi. Et dixit ad eos ſermo Domini factus eſt ad me dicens. *Cl.*

16 Præceperat mihi, Et dixit *ad me populus: quare non indicas nobis quid iſta ſignificẽt, quæ tu facis? Et dixi* ad eos: ſermo Dom. factus eſt &c. *Six.* Lo. H.

Com. caſ. CAP. 25.

10 *Filiis. Cl.* Lou.

5 *Filios. Six.* 8. MS. Q. N.

Com. CAP. 27.

13 Mancipia & vaſa ærea *adnexerunt* populo tuo. *Cl.*

Com. 9 *Adduxerunt. Six* Lou.

pẽn. Reges earum omnes tempeſtate *perculſi* mutauerunt vultus. *Cl.*

ib. *Percuſſi. Six.* Lou.

Com. CAP. 31.

17 Deſcendent *in* infernum. *Cl.*

15 *Ad. Six.* Lou.

Detr. CAP. 32.

10 Reges eorũ horrore nimio formidabunt ſuper te, cũ volare cœperit gladius meus ſuper facies eorum. *Cl.* Lo.

8 Formidabunt ſuper te *propter vniuerſas iniquitates quas operatus es* cum volare cœperit. *Six.* M S. Q. N.

Contra. 10 Obſtupeſcent repentè ſinguli—in die ruinæ *ſuæ. Cl.* 2. MS. R. Hier H. G. C.

℣.8 *Suſ. Six.* Lou.

18 Fili hominis cane lugubre ſuper multitudinem Ægypti. *Cl.* Addit.

13 *Carmen. Six.*

24 *Deſcendunt. Cl.* Com. forte.

19 *Deſcenderunt Six.* Lou.

CAP. 33.

11 Conuertimini, *conuertimini* à vijs veſtris peſſimis. *Cl.* R. H. G. C. Addit.

8 Conuertimini à vijs veſtris peſſimis. *Six.* Lou.

CAP. 37.

16 Tu fili hominis ſume tibi lignum vnum: & ſcribe ſuper illud: Iudæ & *filiorum* Iſrael *ſociorum* eius. *Cl.* Lou. Com. caſ.

13 *Filijs—ſocijs. Six.*

CAP. 39.

1 *Educam* te. *Cl.* 2. MS. R. Q. N. Com.

ib. *Seducam. Six.* Lou. Reducam te. 22. MS.

CAP. 41.

25 *Sculpturæ. Cl.* Com. caſ.

23 *Sculpsura. Six.* Lou.

CAP. 42.

1 *Educentem* ad Aquilonem. *Cl.* Addit.

ib. *Ducentem. Six.* Lou.

CAP. 46.

11 Agnis autem erit ſacrificium. *Cl.* Lo. Detract.

ib. *De* agnis. *Six.*

16 Si dederit princeps *donum* alicui de filijs ſuis. *Cl.* Lou. H. Com.

16 *Domum. Six.* MS. Q. N.

CAP. 2.

Com. temp. fortè. ℣.2 PRæcipit. *Cl.* Lou. H. G.

ib. *Præcepit. Six.* 15. MS. Hier.

Com. 23 Deus patrum *noſtrorum. Cl.* M S. R. Hier. G. Q.

Com. caſus. 18 *Meorum. Six.* C. G. Lou.

41 Vidiſti—parté *teſtæ. Cl.* 25. MS. Q N.

31 *Teſteam. Six* Lou.

CAP. 3.

Addit. 64 Benedicite *omnis* imber. *Cl.* Lou. G.

44 Benedicite imber. *Six.*

℣.92 Reſpondit & ait. *Cl.* Lou. G. Detr.

73 Reſpondit *rex* & ait. *Six.* MS. R. Hier. G.

CAP. 4.

27 Nonne hæc eſt Babylon magna. *Cl.* Detr. Lou. H.

21 *Ciuitas* magna. *Six.* M S. Q. R.

vlt. Viæ eius iudicia. *Cl.* Lou. H. Detr.

ib. *Omnes* viæ &c. *Six.*

CAP. 9.

19 Auertatur—furor tuus à ciuitate tua Ieruſalem, Detr.

Ierusalem, & monte sancto tuo. *Cl.*
13 Et *à* monte. *Six.* Lou.

CAP. 12.

Com. vocit. 2 Euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium vt *videant* sem-
per. *Cl.* Lou.
ib. *Videantur. Six.*

CAP. 14.

35 Posuitque eum in *Babylone. Cl.* Com. ca. sus.
ib. *Babylonem. Six.* Lou.

PROPHETIA OSEAE.

CAP. 5.

Detr. ℣. 9 EGo non ero vester. *Cl.* Lou. H.
10. Non ero vester *Deus. Six.* MS. G.Q.Q.N.

CAP. 1.

Detr. 1 Rete expansum super Thabor. *Cl.* Lou. Hier. & H.
ib. *Sicut* rete &c. *Six.* MS. R. G. C.

CAP. 12.

Detract. 6 Tu ad Deum tuum conuerteris. *Cl.* Lou. R. Hier. H. G.
6 Ad *Dominum* Deum tuum. *Six.*
MS. C.
12 Fugit Iacob in regionem Syriæ, & seruiuit Israel in *vxorem* & in vxorē seruauit. *Cl.* 9. MS. R. Hier. H. G. Com. cas.
11 *Vxore. Six.*
vlt. Opprobrium eius restituet ei Dominus suus. *Cl.* Detract.
ib. Dominus *Deus* suus. *Six.*

CAP. 13.

9 Perditio *tua* Israel: tantum modo in me auxilium tuum. *Cl.* Lou. H. Com.
ib. *Tu Six.*

PROPHETIA AMOS.

CAP. 1.

Com. ℣. 1 VErba Amos qui fuit in *pastoribus de* Thecue. *Cl.* 6. MS. Q. N. 8. MS. Hier. H. C. G.
ib. In *pastoralibus* Thecue. *Six.* Lou.

CAP. 7.

Com. 1 Ecce serotinus post *tonsionem* regis. *Cl.* 1. MS. R. Q. N.
ib. *Tonsorem. Six.* Tonsorem gregis Lo. 4. MS. R. Hier. H. C. G.

CAP. 9.

1 Non erit fuga eis. *fugient*, & non saluabitur ex eis qui fugerit. *Cl.* Lou. Eis qui fugient 3. MS. Q. N. Detract. & com.
ib. *Et qui fugerit ex eis* non saluabitur. *Six.*

PROPHETIA MICHAEAE.

CAP. 1.

Com. casus. ℣. 14 DOmus mendacij in deceptionem regibus Israel. *Cl.*
12 *Domos. Six.* Lou.

CAP. 4.

Com. 4 Sedebit vir subtus *vitem* suam. *Cl.*
3 *Vineam. Six.* Lou.
Detract. 6 Quam eieceram, colligam: & quam afflixeram. *Cl.* Lou. H.
5 Quam afflixeram, *consolabor. Six.* MS. Q.
Com. 8 Et tu turris gregis nebulosa *filiæ* Sion, vsque ad te veniet. *Cl.* Lou.
7 *Filia. Six.* MS. R. Q. N. H.

CAP. 6.

5 Memento quæso quid cogitauerit Balach rex Moab. *Cl.* Lou. Detract.
5 Cogitauerit *contra te. Six.*
9 Salus erit timentibus nomen *tuum. Cl.* Com.
9 *Eius. Six.*
vlt. Ambulasti in *voluntatibus* eorum. *Cl.* 3. MS. H. G. C. Com.
ib. *Voluptatibus. Six.* Lou.

CAP. 7.

17 Dominum Deum nostrum *formidabunt* & timebunt te. *Cl.* H. Com.
ib. *Desiderabunt. Six.* Lou.

PROPHETIA HABACVC.

CAP. 1.

Detr. / sẽtentia ℣.3 QVare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam, & iniustitiam cõtra me? & factum est iudiciũ, & contradictio potentior. *Cl.* 22. M S. R. Hier. H. G. C. Q N.

3 Iniustitiam contra me? *quare respicis contemptores, & taces, conculcante impio iustiorẽ se? & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem:* & factum est iudicium. *Six.* Lou.

13 Quare respicis super iniqua agentes? *Cl.* H. — Contra.

ibid. Quare *non* respicis. *Six.* Lou.

vlt. Semper interficere Gentes non *parcet. Cl.* Lou H. — Com.

ibid. *Cessat. Six.* M S.R. Hier.

CAP. 2.

17 Deterrebit eos de sanguinibus *hominum. Cl.* — Com. num.

ib. *Hominis. Six.* Lou. H.

PROPHETIA SOPHONIAE.

CAP. 3.

Contra. ℣.17 SIlebit in dilectione *sua. Cl.* H. C. G.

ibid. *Tua. Six.* Lou.

PROPHETIA ZACHARIAE.

CAP. 3.

Addit. ℣.2 INcrepet Dominus *in* te Satan. *Cl.* Lou.

ibid. Increpet dominus te. *Six.*

CAP. 4.

Accentus var. 7 Quis tu mons magne coram zorabel? in planum: & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. *Cl.* Lou. H.

7 Coram zorababel in planum? & educet. *Six.*

CAP. 7.

11 Aduerterunt scapulã *recedentem. Cl.* — Com. num.

7 *Recedentes. Six.* Lou.

PROPHETIA MALACHIAE.

CAP. 1.

Detr. ℣.2 POsui montes eius in solitud. *Cl.* Lou. H.

2 Posui *Seir* montes—*Six.*

CAP. 3.

5 Calumniantur mercedem mercenarii, viduas & pupillos. *Cl.* Lou. H. — Detr.

4 Mercedem mercenarij, *& humiliant* viduas &c. *Six.* M S.R. G.

LIBER PRIMVS MACHABAEORVM.

CAP. 1.

Com. ℣.51 IN omnibus *immundis. Cl.*

32 *Immunditijs. Six.* Lou.

CAP. 2.

Addit. 30 Filij *eorum* & mulieres. *Cl.* G.

16 Filij & mulieres. *Six.* & filij eius. Lou.

Com. 49 Circumciderunt pueros incircumcisos quotquot inuenerunt in finibus *Israel. Cl.* G.

27 *Eorum. Six.* Lou.

CAP. 3.

29 Vt *tolleret* legitima quæ erant à primis diebus. *Cl.* G. Lou. — Com. num.

19 *Tollerent. Six.*

30 Timuit ne non haberet vt semel & bis — Com.

bis. *Cl.* G. Lou.
19 *Et. Six.*

CAP. 5.

Com. 3 In *Acrabathane. Cl.*
2 *Arabathane. Six.* Lou.
Com. per. 44 Fanum succendit igni cum omnibus *qui* erant in ipso. *Cl.*
31 *Quæ. Six.* Lou.
Com. modi. 49 Præcepit Iudas *prædicare* in castris. *Cl.*
35 *Prædicari. Six.* Lou.

CAP. 6.

Com. eas. 17 Vocauit nomen eius *Eupator. Cl.*
11 *Eupatorem. Six.* Lou.
Detract. 26 Ecce applicuerunt hodie ad arcem Ieruſalem. *Cl.*
17 Ad arcem *in* Ieruſalem *Six.* Lou.
Detract. 36 Munitionem Bethſuram munierunt. *Cl.*
17 *In* Bethſuram. *Six.* Lou.
Com. & Addit. 41 Et commouebantur omnes inhabitantes terram a voce *multitudinis & inceſſu turbæ* & colliſione armorum. *Cl.* Lou.
28 A voce tubæ, *inceſſu multitudinis eorum* & colliſ. *Six.*

CAP. 7.

Com. 6 Nos *diſperſit* de terra ſua. *Cl.*
5 *Diſperdidit. Six.* diſperdiderunt G. diſperdidit de terra noſtra. Lou.

CAP. 9.

Cō. nu. 35 Rogauit Nabuthæos amicos ſuos vt commodarent *illis* apparatum ſuum qui erat copioſus. *Cl.* Lou. G.
27 *Illi Six.* Commendarent. 19. MS. G.

CAP. 10.

Addit. 19 Aptus *es* vt ſis amicus noſter. *Cl.* Lo.
13 Aptus vt ſis. *Six.*
Com. temp. 40 *Do. Cl.* Lou.
26 *Dabo. Six.*
Com. temp 53 *Sedimus. Cl.*
35 *Sedemus. Six.* Lou.
54 Dabo tibi dona, & ipſi *digna is. Cl.* G. Com.
35 *Dignitatem. Six.* Lou.
80 *Eiecerunt. Cl.* Addit.
57 *Iecerunt. Six.* Lou.

CAP. 11.

28 Poſtulauit Ionathas à rege vt immunem faceret Iudæam, & tres toparchias, & Samariam, & confines eius. *Cl.* Lou. G. Detr.
26 Tres toparchias, *hoc eſt* Samariã. *Six.*

CAP. 12.

19 & 20 Hoc eſt reſcriptum epiſtolarum quod miſerat *Oniæ*: *Arius* rex Spartiatarũ *Oniæ* ſacerdoti magno ſalutem. *Cl.* Onias. Lou. MS. G. Detr. & com.
15 Quod miſerat *Oniares* Spartiatarum *Oniares Ionathæ* ſacerdoti magno ſalutem. *Six.*

CAP. 13.

46 Non nobis reddas ſecundum malitias noſtras, ſed ſecundum miſericordias tuas Et flexus Simon. *Cl.* Lou. G. Detr.
34 Miſericordias tuas *& ſeruiemus tibi. Six.* MS. R.

CAP. 15.

21 *Refugerunt. Cl.* Detract. & com.
14 *Fugerint. Six.*
22 Hæc eadem ſcripta ſunt Demetrio regi, & Attalo, & *Ariarathi* & Arſaci, & in omnes regiones & *Lampſaco* & Spartiatis. *Cl.* Com.
15 *Arabe* & Arſaci, & in omnes regiones, & *Sãpſamæ* & Spartiatis. *Six.* Lo.
33 Neq; alienam terram ſumpſimus, neq; *aliena* detinemus. *Cl.* G. Com nu. & perſ.
21 *Alienam. Six.* Lou.
34 *Vindicamus. Cl.* Or. va.
22 *Vendicamus. Six.* Lou.
39 Mandauit ei ædificare *Gedorem. Cl.* Com.
27 *Cedronem.* Lou.

CAP. 3.

Detr. ✝.1 LEges etiam adhuc optimè cuſtodirẽtur propter Oniæ pontificis pietatem. *Cl.* Lou. G.
ib. Propter Oniæ pontificis *diſpoſitionem & &c. Six.*
7 Cumq; retuliſſet ad regẽ Appollonius de pecunijs quę *datæ* erãt, ille ac Com. fort e.

citum Heliodorum misit. *Cl.*
4 Quæ *delata* erant. *Six.* Lou.

CAP. 4.

Com. gen. 20 *Hæ oblatæ* sunt quidem ab eo. *Cl.*
10 *Hæc oblata. Six.* Lou.
Or. va. 21 Misso — in Ægyptum Appollonio *Menestei* filio. *Cl.*
11 *Menesthei* &c. *Six.* G.
Com. 30 *Anthiochidi* regis concubinæ dono essent dati. *Cl.* G.
19 *Antiochi. Six.* Lou.

CAP. 5.

Com. gen. 3 *Armatos. Cl.*
2 *Armatas. Six.* Lou.

CAP. 7.

Com. cas. 20 Bono animo ferebat propte spem quam in *Deum* habebat. *Cl.*
12 *Deo. Six.* Lou.

CAP. 8.

Detr. 33 Cum epinicia agerent, Ierosolymis. *Cl.*
22 *In* Ierosolymis. *Six.* Lou.

CAP. 10.

31 Interfecti sunt autem viginti millia quingenti, & equites sexcenti. *Cl.* G. Lou. Detr.
25 Quingenti *peditum. Six.*

CAP. 11.

16 *Quidem. Cl.* Detr.
11 *Siquidem. Six.* Lou.

CAP. 13.

15 Interfecit viros *quatuor* millia. *Cl.* Lou. G. Error in num.
12 *Quatuordecim. Six.* MS. R.

CAP. 14.

4 Offerens ei — *thallos. Cl.* Cõmut.
2 *Talos. Six.* Lou.
13 Datis mandatis vt ipsum quidem Iudam caperet. *Cl.* Lou. Detr.
6 Caperet *vinum. Six.* vt occideret. G.

CAP. 15.

37 Decimotertio die mensis Adar *quod* dicitur voce Syriaca. *Cl.* Com. gen.
27 *Quæ. Six.* Lou.

Nouum

Nouum Testamentum.

EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

CAP. 1.

Com. modi. 23 VOcabunt nomen eius Emmanuel. *Cl.* G. Lou.

44 *Vocabitur. Six.*

CAP. 2.

Or. va. 5 In Bethlehem *Iudæ. Cl.* Lou.

4 *Iuda. Six.*

CAP. 3.

Com. 2 *Appropinquauit. Cl.* 4. MS. R. Hil. G.

temp. 1 *Appropinquabit. Six.* Lou.

Com. 2 Hic est enim *qui dictus* est per Isaiã prophetam. *Cl.* G.

2 *De quo dictum. Six.* Lou.

CAP. 4.

Com. 6 Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te. *Cl.* G. Lou.

5 *Vt. Six.*

CAP. 5.

Detract. 11 Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint. *Cl.* MS. Q. Hier. G. Lou.

9 Maledixerint vobis *homines. Six.*

Com. 30 Si dextera manus tua scandalizat te, *abscide* eam. *Cl.*

24 *Abscinde.* Lou. *Six.*

CAP. 6.

Detr. 7 Nolite multum loqui sicut Ethnici. *Cl.* Lou. G.

6 Sicut Ethnici *faciunt. Six.* MS. Q Hier.

CAP. 7.

Comut. modi & temp. 1 Nolite iudicare *vt* non *iudicemini. Cl.*

ib. *Iudicabimini. Six.*

Detract. & com. 1 Nolite iudicare *vt* non *iudicemini.* In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. *Cl.* Lou. G.

ib. Et non *iudicabimini. Nolite condemnare & non condemnabimini.* In quo enim iudicio. *Six.* MS. Q.

23 Discedite a me qui operamini iniquitatem. *Cl.* Lou. Detract.

21 A me *omnes.* MS. G. Q.

vlt Non sicut Scribæ *eorum* & Pharisæi. *Cl.* Lou. Addit.

ib. Sicut Scribæ & Pharisæi. *Six.* 4. MS. Hier. G.

CAP. 8.

12 Eiicientur in tenebras exteriores *ibi* erit fletus & stridor dentium. *Cl.* Com. ob simul.

9 *Vbi. Six.*

18 Videns—Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum. *Cl.* Detr.

13 Iussit *discipulos* ire. *Six.* MS. Q. Hil. Hier.

20 Filius-hominis non habet vbi caput reclinet. *Cl.* Lou. G. Detr.

15 Caput *suũ* reclinet. *Six.* MS. Hie. 5.

28 Cum *venissent* trans fretũ. *Cl.* Lo. G. Com.

22 *Venisset Iesus. Six.* num.

32 Ecce impetu abijt totus grex per præceps in mare. *Cl.* Lou. Detr.

26 *Magno* impetu *Six.*

33 Venientes in ciuitatem, nunciauerunt omnia. *Cl.* G. Lou. Detr.

27 Nunciauerunt *hæc* omnia. *Six.*

34 Rogabant vt transiret a finibus eorum. *Cl.* Lou. G. Detr.

28 Rogabant *eum. Six.*

CAP. 9.

1 Ascendens in nauiculam transfretauit. *Cl.* Lou. Detr.

ib. Ascendens *Iesus* in. *Six.* MS. Hier. G. Q.

25 Cum

Detr. 25 Cum iecta eſſet turba, intrauit: & tenuit manum eius. Et ſurrexit puella. *Cl.* Lou.
26 Tenuit manum eius *& dixit: Puella ſurge*: & ſurrexit puella. *Six.*

CAP. 12.

Detr. 2 Faciunt quod non licet facere Sabbatis. *Cl.* 4. MS R.G.S.
2 Non licet *eis. Six.* Lou.
Com. caſus. 31 Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem *blaſphemia* non remittetur. *Cl.* Lo.G.
23 *Blaſphemiæ. Six.*

CAP. 13.

Detr. 3 Exijt qui ſeminat ſeminare. *Cl.* Lo.G.
2 Seminare *ſemen ſuum. Six.*
Com. modi. 14 *Et adimplebitur* in eis prophetia Iſaiæ. *Cl.* Lou.G.
11 *Vt adimpleatur. Six.*

CAP. 14.

Com. caſus. 13 Seceſſit inde in *nauicula. Cl.* Lou. G.
12 *Nauiculam. Six.*
Detr. 19 Dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis. *Cl.* Lou. G.
18 Diſcipuli autem *dederunt. Six.*

CAP. 17.

Com. temp. 1 *Ducit* illos in montem excelſum ſeorſum. *Cl.* Lou. G.
ib. *Duxit. Six.*
Addit. 19 Dicetis monti huic, Tranſi hinc *illuc*, & tranſibit. *Cl.* Lou.G.
17 Tranſi hinc & tranſibit. *Six.*

CAP. 20.

Detract. 28 Filius hominis—venit—dare animam ſuam redemptionem pro multis. *Cl.* Lou. G.
22 *In* redemptionem pro multis. *Six.*

CAP. 21.

37 Verebuntur filium meum. *Cl.* Lo.G. Detract.
30 Verebuntur *forte* filium meum. *Six.*

CAP. 24.

12 Quoniam *abundauit* iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. *Cl.*
9 *Abundabit. Six.* Lou.
41 Duæ molentes in mola: vna aſſumetur, & vna relinquetur. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. *Cl.* Lou. Detr. ſen.
27 Duæ molentes in mola: vna aſſumetur, & vna relinquetur. *Duo in lecto, vnus aſſumetur, & vn⁹ relinquetur.* Vigilate ergo. *Six.* MS. Hil.G.Q.Q.N.

CAP. 25.

31 Cum—venerit filius hominis—& omnes angeli cum eo, tunc ſedebit. *Cl.* Lou. Detr.
26 Omnes angeli *eius. Six.*

CAP. 26.

11 Semper pauperes habetis vobiſcum: me autẽ non ſemper *habetis. Cl.* Lo.G. Cõ. tẽp.
6 *Habebitis. Six.* MS.Q.

CAP. 27.

35 Poſtquam autem crucifixerunt eum diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem mittentes *vt impleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Et ſedentes ſeruabant eum. *Cl.* Lou.G. Addit. ſent.
30 Sortem mittentes. Et ſedentes. *Six.*
19. MS. Hier. G.S.

CAP. 28.

3 *Veſtimentum* eius ſicut nix. *Cl.* G. Lo. Cõ. nu.
2 *Veſtimenta. Six.* MS.Q.

CAP. 1.

Com. num. * ℣ 6 ib. VEſtitus pilis *cameli. Cl.* Lo.G. *Camelorum. Six.*
Detr. 10 Vidit cœlos apertos, & ſpiritum tanquam columbam deſcendẽtem. *Cl.* Lou. G.
Detr. & com. 10 Spiritum *ſanctum. Six.*
24 Veniſti perdere nos, ſcio *qui* es ſanctus Dei. *Cl.* Lou.G.
20 Veniſti *ante tempus* perdere nos, ſcio *quod* es. *Six.*
40 *Dixit. Cl.* Com. temp.
33 *Dicit. Six.* Lou.

CAP. 2.

1 Intrauit Capharnaum poſt dies. *Cl.* G. Lou. Er. in nu.

ib. Poſt

ib. Post dies octo. Six. M S. Q. B.

Com. temp. 26 Dicebant. Cl. Lou.

13 Dixerunt. Six.

Detr. 26 Panes propositionis manducauit quos non licebat maducare nisi sacerdotibus. Cl. G. Lou.

22 Nisi solis sacerdotibus. Six.

CAP. 4.

Com. 8 Dabat fructū ascendentē & crescētem, & afferebat vnum triginta, vnū sexaginta, & vnum centum. Cl. Lo. G.

5 Vnum trigesimum, vnum sexagesimum & vnum centesimum. Six. M S. Q.

Com. 22 Nec factum est occultum, sed vt in palam veniat. Cl. Lou.

16 Quod non in palam veniat. Six.

Detr. 29 Cū produxerit fructus, statim mittit falcem. Cl. G.

22 Cum ex se produxerit. Six. cum se produxerit. Lou. M S. Q. R.

Addit. 32 Cum seminatum fuerit ascendit, & fit maius omnibus oleribus. Cl. Lou. G.

24 Cum natum Six.

CAP. 5.

Com. num. 10 Deprecabatur eum multū. Cl. Lou. G.

6 Deprecabantur. Six.

Detract. 11 Erat ibi grex porcorum magnus pascens. Cl. Lou. G.

7 Pascens in agris. Six.

Com. 21 Cum transcendisset Iesus in naui rursum trans fretum, cōuenit turba multa ad eum. Cl. G. Lou.

16 Ascendisset. Six.

Detr. 23 Veni, impone manum super eam, vt salua sit. Cl. M S. S.

17 Manum tuam. Six. Lou. G.

Detr. 35 Adhuc eo loquente veniunt ab archi—synagogo dicentes. Cl. 11. M S. G. S.

26 Veniunt nuncij. Six. Lou.

Com. vl. Dixit dari illi mandurare. Cl. Lo. G.

ib. Iussit. Six. M S. Q.

CAP. 6.

Com. vocis. 13 Vngebant oleo multos ægros, & sanabant. Cl. G. Lou.

7 Sanabantur. Six. M S. Q.

Com. casu. 17 Vinxit eam in carcere. Cl. G.

11 Carcerem. Six. Lou.

CAP. 7.

Detr. 4 A foro nisi batizentur non comedunt. Cl.

3 A foro venientes. Six. Lou.

Com. 15 Quæ de homine procedunt illa sūt quæ communicant hominē. Cl. Lou. G.

10 Coinquinant. Six.

Com. 18 Communicare. Cl.

13 Coinquinare. Six.

CAP. 8.

Detr. 1 Cum turba multa esset, nec haberēt quod manducarent. Cl. Lou. G.

ib. Cum turba multa esset cum Iesu. Six.

Com. & Addit. 28 Illi dicentes Io. Baptistam. Cl. Lo. G.

24 Alii Io. Baptistam. Six.

Com. 38 Qui—me cōfusus & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & filius hominis cōfundetur eum cum venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis Cl. Lou. G.

34 Qui me—cōfessus fuerit—filius hominis confitebitur eum. Six.

CAP. 9.

Detr. 40 Quisquis—potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis. Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Cl. Lou. G.

36 Calicem aquæ frigidæ. Six.

CAP. 10.

Com. casu. 17 Cum egressus esset in viam. Cl. 5. M S. B. G.

15 Via. Six. Lou.

Detr. 17 Quidam genuflexo—rogabat eum. Cl. Lou. G.

15 Rogabat eum dicens. Six. M S. B. S.

Com. 41 Cœperunt indignari de Iacobo. Cl. Lou. G.

36 Indignati sunt. Six.

CAP. 11.

Com. casus. 6 Dimiserunt eis. Cl. Lou. G.

5 Eos. Six.

Detr. 14 Veniunt Ierosolymam. Cl. G.

13 Veniunt iterum Ierosolymam. Six.

Detr. 32 Dicet, Quare ergo non credidistis ei? Cl. Lou. G.

25 Dicet nobis. Six.

CAP. 12.

Com. vocis. 14 Licet dari tributum Cæsari, an non

dabimus ? *Cl.* Lou.
13 *Dare Six.* G.
Detr. 25 Sũt ſicut angeli in cœlis. *Cl.* Lou. G.
23 Angeli *Dei. Six.*

CAP. 14.

Detr. 43 Venit Iudas Iſcariotes vnus de 12, & cum eo turba multa cum gladijs, & lignis, a ſummis ſacerdotibus, & ſcribis, & ſenioribus. *Cl.* Lou. G.
40 *Miſſi* a ſummis ſacerdotibus. *Six.*
Detr. 58 Ego diſſoluam templum hoc manu factum, & *per* triduum aliud non manu factum ædificabo. *Cl.* G. Lou.
53 *Poſt* triduum *Six.* MS. B.

CAP. 16.

7 *Præcedes* vos in Galilæam. *Cl.* Lou. G. Com. temp.
ib. *Præcedit. Six.* M S. Q. B.
9 Surgens autem mane, prima Sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ. *Cl.* Lou. Detract.
9 Surgens autem *Ieſus. Six.* MS. B R. G.
14 Nouiſſime recumbentibus illis vndecim apparuit. *Cl.* Lou. G. Detract.
13 Nouiſſime *autem, Six.*

EVANG. SECVND. LVCAM.

CAP. 1.

Detr. ℣. 8 CVm ſacerdotio fũgeretur, in ordine vicis ſuæ. *Cl.* Lou. G.
4 Fungeretur *Zacharias. Six.* MS. Q.

CAP. 2.

Com. num. 7 Non erat *eis* locus in diuerſorio. *Cl.* Lou. G.
5 *Ei. Six.* MS. Q. Ambroſ.
Detr. 15 Videamus hoc verbum, quod factũ eſt, quod Dominus oſtendit nobis. *Cl.* Lou. G.
11 Quod *fecit Dominus &c. Six.*

CAP. 3.

Com. num. 9 Securis ad radicem *arborum* poſita eſt. *Cl.* Lou. G.
5 *Arboris. Six.*
Com. 31 Qui fuit *melea Cl.* G. S.
14 *Melcha. Six.* Lou.

CAP. 4.

Detract. 7 Si adoraueris coram me, erunt tua omnia. *Cl.* Lou G.
5 Si *procidens* adoraueris. *Six.*

CAP. 6.

Detract. 29 Qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. *Cl.* Lou. G.
25 In maxillam *vnam* præbe *illi* & alt. *Six.* MS. S.

CAP. 8.

Detract. 27 Cum egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi vir quidam. *Cl.* Lou. G.
24 Cum *de naui &c. Six.*

CAP. 9.

1 Conuocatis autem 12 apoſtolis, dedit illis virtutem. *Cl.* Lou. G. Detr.
ib. Autem *Ieſus* 12. *Six.*

CAP. 10.

21 Exultauit Spiritu ſancto. *Cl.* Detract.
17 *In* Spiritu ſancto. *Six.*

CAP. 11.

21 Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt *ea* quæ poſſidet. *Cl.* Lou. G. Com.
17 *Omnia* quæ. *Six.*

CAP. 13.

5 Si pœnitentiam non *egeritis*, omnes ſimiliter peribitis. *Cl.* 4. M S. Comm.
5 *Habueritis. Six.* Lou.

CAP. 14.

1 Cum *intraret* Ieſus in domum cuiuſdam principis. *Cl.* Lou. G. Cõm. temp.
ib. *Introiſſet. Six.*

CAP. 15.

8 Quærit diligenter donec inueniat. *Cl.* Lou. G. Detr.
6 Inueniat *eam.* Six. MS. S.

CAP. 19.

8 Dixit ad *Dominum. Cl.* Lou. G. Comm.
7 *Ieſum. Six.* MS. S.

CAP. 20.

10 In tempore miſit ad cultores ſeruum. *Cl.* Lou. G. Detr.
8 In tempore *illo. Six.*

CAP. 21.

17 Eritis odio omnibus propter nomen Detract.

men meum. *Cl.* Lou. G.
13 Omnibus *hominibus. Six.* MS.Q.

CAP. 22.

Detract. 54 Petrus—sequebatur a longe. *Cl.* Lou.G.
44 Sequebatur *eum. Six.*

CAP. 24.

49 Ego *mitto* permissum Patris mei in vos *Cl.* G. Lou. Com. temp.
37 *Mitam. Six.* MS.

EVANG. SECVND. IOANNEM.

CAP. 1.

Com. num. ℣. 29 ECce agnus Dei, ecce qui tollit *peccatum* mũdi. *Cl.* Lo. G.
21. *Peccata. Six.* MS. Q.

CAP. 4.

Detract. 4 Oportebat—eum transire per Samariam. *Cl.* Lou. G.
1 Per *mediam* Samariam. *Six.*

CAP. 5.

Com. 43 Veni in nomine patris mei, & non *accipitis* me. *Cl.* Lou. G.
37 *Accepistis. Six.* MS. Q.

CAP. 6.

Detr. 13 Collegerunt ergo, & impleuerunt 12 cophinos fragmentorum ex 5 panibus ordeaceis, quæ superfuerant his, qui manducauerant. *Cl.* Lou.
12 Ex 5 panibus ordeaceis *& duobus piscibus* quæ superfuerant. *Six.*
Com. 33 Panis—*Dei* est, qui de cœlo descendit. *Cl.* G. Lou.
29 *Verus* est. *Six.*
Com. 35 Non sitiet *vnquam. Cl.* Lou.
31 *In æternum. Six.*
Com. temp. 36 Vidistis me & non *creditis. Cl.* Lou. G.
32 *Credidistis. Six.*
Contr. 65 Sciebat—ab initio Iesus qui essent *non* credentes, & quis traditurus esset eum. *Cl.* Lou. G.
55 Qui essent credentes. *Six.*
Com. temp. 70 *Credidimus*, & cognouimus quia tu es Christus. *Cl* 1. MS. Aug. G.
59 *Credimus. Six.* Lou.
Com. cas. 71 Ex vobis vnus diabolus est Dicebat autem *Iudam Simonis Iscarioten. Cl.* Lou. G.
60 *De Iuda Simonis Iscariotis. Six.* MS.

CAP. 7.

Detr. 4 Nemo in occulto *quid* facit. *Cl.* Lou. G.
ib. Quidquam. Six.
8 Ego—non *ascendo* ad diem festum Com. istum. *Cl.* G. Lou.
ib. *Ascendam. Six.* MS. 9. nondum. 3. MS. G. S.
12 Murmur *multum* erat. *Cl.* 2. MS. Com. gen. Aug.
ib. *Multus. Six.* Lou.

CAP. 9.

39 Dixit Iesus. *Cl.* 1 MS. G. S. Detr.
33 Dixit *ei* Iesus. *Six.* Lou.

CAP. 12.

28 Venit ergo vox de cœlo. *Cl.* G. Detr.
24 De cœlo *dicens. Six.* MS. Q.

CAP. 17.

5 Prius quam mundus *esset* apud te. Com. *Cl.* Lou. G.
3 *Fieret. Six.*

CAP. 18.

11 Calicem quem dedit mihi Pater, Detr. non bibam illum? *Cl.* Lou. G.
ib. Non *vis vt* bibam illum. *Six.* MS. Q. Aug.
35 Gens tua, & pontifices tradiderunt Detr. te mihi *Cl.* G. Lou.
34 Pontifices *tui. Six.*
vlt. Clamauerunt *ergo* rursum omnes. Addit. *Cl.* Lou. G.
ib. Clamauerunt rursum &c. *Six.*

CAP. 20.

26 Stetit in medio & dixit. *Cl.* Lou. G. Detra.
21 Dixit *eis. Six.*
27 *Dicit. Cl.* Lou. G. Com. temp.
22 *Dixit. Six.*

CAP. 21.

6 *Dicit. Cl.* Lou. Com. temp.
5 *Dixit. Six.*
13 Venit Iesus & *accipit* panem & *dat* eis. *Cl.* G. Lou. Com. temp.

12 *Accepit—dabat. Six.* M S. Aug.
Detr. 15 Dicit ei: Pasce agnos meos. *Cl.* Lou. G.
15 Dicit ei *iterum. Six.*
22 *Dicit. Cl.* Lou. G. Comm. temp.
21 *Dixit. Six.*

ACTA APOSTOLORVM.

CAP. 2.

Com. ℣. 1 *Vm. Cl.* Lou.
ibi. *Dum. Six.*
Detr.& com. gen. 33 Dextera—Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti, accepta a patre effudit *hunc quem* vos videtis. *Cl.* Lou. G.
19 Effudit *hoc donum quod* vos. *Six.*

CAP. 3.

Com. 11 Cum *teneret* autem Petrum & Iohannem, cucurrit omnis populus ad eos. *Cl.* M S. Lou. tenerent.
ib. Cum *viderent. Six.*
Com. gen.& num. 18 Deus *quæ* prænunciauit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, sic impleuit. *Cl.* 5 MS. G.
17 *Qui. Six.* Lou.

CAP. 4.

Cō. caſ. 2 Dolentes quod docerent pop. & annunciarent in *Iesu* resurrectionem ex mortuis. *Cl.* 7. MS. G.
1 *Iesum. Six.* Lou.

CAP. 5.

Detr. 3 Dixit autem Petrus: Anania, cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto. *Cl.* Lou. G.
2 Dixit autem Petrus *ad Ananiam*: Anania. *Six.* M S. Q. Q. S.

CAP. 7.

Com. temp. 1 Si hæc ita se *habent. Cl.* Lou. G.
ib. *Haberent. Six.*
Com. 6 Erit semen *eius* accola in terra aliena. *Cl.* Lou. G.
5 *Tuum. Six.*
Com. caſ. 40 Fac nobis deos, qui præcedant nos: *Moyses enim hic*, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei. *Cl.* Lou. G.
30 *Moysi enim huic* qui eduxit. *Six.* M S. Q.
Com. 43 Transferam vos *trans* Babylonem. *Cl.* Lou. G.
33 Vos *in* Babylonem. *Six.*
48 Sed non excelsus in manu factis habitat, sicut *Propheta* dicit. *Cl.* Lou. G. Com.
37 *Per prophetam* dicit. *Six.*
55 Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. *Cl.* Lou. G. Detr.
44 A dextris *virtutis* Dei. *Six.*

CAP. 8.

11 Attendebat—tum: propter quod multo temp. *magijs* suis dementasset eos. *Cl.* G. S. Com.
10 *Magicis. Six.* Lou. Artibus. 9. M S.

CAP. 9.

20 Continuò in *synagogis* prædicabat Iesum. *Cl.* 8 MS. G. S. Detr.& com. caſ.
18 Continuò *ingressus in synagogas Six.* Lou.
25 Accipientes—eum discipuli nocte, per murū dimiserunt eum. *Cl.* Lou. G. Detr.
23 Discipuli *eius. Six.* M S. Q.

CAP. 12.

13 Pulsante—eo ostium, processit puella ad *audiendum. Cl.* G. Comm.
ib. Videndum. *Six.* Lou.
16 Cum—aperuissent viderunt eum, & obstupuerunt. *Cl.* G. Detr.
16 Aperuissent *ostium. Six.*

CAP. 13.

6 Vsque Paphum. *Cl.* Detr.
ib. Vsque *ad. Six.* Lou.

CAP. 14.

6 Cōfugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi euangelizantes erant. Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat. *Cl.* Lou. G. Detra. sent.
5 Et ibi euangelizantes erant. *Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum Paulus autem, & Barnabas morabantur Lystris.* Et quidam vir, &c. *Six.* M S. B. R. G. Q.

CAP. 18.

15 Si—quæstiones sunt de verbo, & nominibus, Cō. caſ.

minibus, & *lege veſtra* vos ipſi videritis. *Cl.* G.
12 Et nominibus *legis veſtræ. Six.* Et legis veſtræ. Lou.
Com. 23 Perambulans ex ordine *Galiticam* regionem. *Cl.* G. Galaticam. Lou.
19 *Galatiam. Six.*

CAP. 19.

Com. 1 Factum eſt—vt—inueniret quoſdam *diſcipulos. Cl.* Lou. G.
ib. *De diſcipulis Six.*
Detr. 11 Virtuteſque non quaſlibet faciebat Deus per manum Pauli. *Cl.* Lou. G.
9 Virtuteſq; nõ *modicas* quaſlibet. *Six.*
Detr. & com. caſ. 14 Erant—*quidam* Iudæi Sceuæ principis ſacerdotũ ſeptem filij. *Cl.* G. Lo.
11 Erant—*cuiuſdam* Iudæi *nomine* Sceuæ. *Six.*

CAP. 20.

Com. num. & perſ. 14 Cum—*conueniſſet* nos in Aſſon, aſſumpto eo venimus Mitylenam. *Cl.* 1. M S. G. Inueniſſet. Lou.
12 *Conueniſſemus. Six.*
Detr. 20 Vos ſcitis—quomodo nihil ſubtraxerim vtilium. *Cl.* Lou. G.
15 Nihil ſubtraxerim *vobis. Six.*

CAP. 21.

Detr. 9 Superuenit quidam à Iudæa prophera. *Cl.* Lou. G.
10 Quidam *vir. Six.*
16 Adducentes ſecum apud quem hoſpitaremur *Mnaſonem*, quendam Cyprium. *Cl.* M S. G. S. Com.
15 *Iaſonem. Six.* Lou.

CAP. 23.

29 Quem inueni accuſari de quæſtionibus legis ipſorum, *nihil* verò dignum morte aut vinculis habentem criminis. *Cl.* Lou. G. Com.
24 *Nullum* verò dignum, &c. *Six.*

CAP. 24.

18. & 19 Inuenerunt me purificatum in templo: non cum turba neque cum tumultu. Quidam autem ex Aſia. *Cl.* Lou. G. Detr. ſen.
11 Neque cum tumultu, *& apprehenderunt me clamãtes & dicentes, Tolle hunc inimicum noſtrum.* Quidam. *Six.* M S. Q.

CAP. 25.

16 Locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. *Cl.* Lou. G. Detr.
13 Crimina *quæ ei obijciuntur. Six.*

CAP. 26.

17 Apparebo tibi, eripiens te de *populo*, & gentibus *Cl.* 2. M S. G. S. Com. num.
11 *Populis. Six.* Lou.

CAP. 2.

Detract. ℣. 28 NOn enim qui in manifeſto Iudæus eſt: neq; quæ in manifeſto, incarne, eſt circumciſio. *Cl.* Lou. G.
13 In carne eſt, *eſt* circumciſio. *Six.*
Detract. 29 Qui in abſcondito, Iudæus eſt. *Cl.* Lou. G.
13 In abſcondito *eſt. Six.*

CAP. 3.

Com. 25 Quem propoſuit Deus *propitiationem* per fidem in ſanguine ipſius. *Cl.* Lou.
14 *Propitiatorem. Six.*

CAP. 4.

Detract. 18 Sic erit ſemen tuum. Et non infirmatus eſt fide. *Cl.* 1. M S. Ambr. S. G.
12 Semen tuum *ſicut ſtellæ cœli, & arenæ maris.* Et non eſt infirmatus in fide. *Six.* Lou.

CAP. 6.

3 An ignoratis quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. *Cl.* Lou. M S. G. S. Detract.
3 Ignoratis *fratres. Six.*
8 Viuemus cum *Chriſto. Cl.* Lou. Com.
ib. *Illo. Six.*

CAP. 7.

4 Mortificati eſtis—vt *fructificemus* Deo. *Cl.* Lou. G. Com. perſ.
4 *Fructificetis. Six.*
19 Non—quod volo bonum, hoc *facio* ſed quod *nolo* malũ hoc *ago. Cl.* Lo. G.

Com. ℣. 18 Hoc *ago*, ſed quo *odi* malum illud *facio. Six.*

CAP. 8.

Com. 30 Quos—iuſtificauit, illos & *glorificauit. Cl.* Lou.
26 *Magnificauit. Six.* 19. MS Ambr.

CAP. 9.

Detr. 1 Veritatem—dico in Chriſto non mentior. *Cl.* Lou. G.
1 In Chriſto *Ieſu. Six.*

CAP. 10.

Detr. vlt. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. *Clem. 6.* MS. R. Ambroſ. G. S.
ib. Contradicentem *mihi. Six.* Lou.

CAP. 11.

9 Dauid dicit: fiat menſa eorum in laqueum. *Cl.* Lou. G. Detr.
7 Eorum *coram ipſis. Six.* MS.
vlt. In ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſæcula Amen. *Cl.* Lou. G. Detract
ib. In ſæcula *ſæculorum* Amen. *Six.*

CAP. 12.

10 *Charitate* fraternitatis inuicem diligentes. *Cl.* 4. MS. G. Q. N. Cō. caſ.
6 *Charitatem. Six.* Lou.
15 *Gaudere* cum gaudentibus, *flere* cum flentibus. *Cl.* Lou. G. Com. modi.
6 *Gaudete—flete. Six.*

CAP. 1.

Detr. ℣. 14 GRatias ago Deo, quod neminem veſtrum baptizaui. *Cl.* Lou G.
9 Deo *meo. Six.* MS. S.

CAP. 2.

Com. num. 9 Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis *aſcendit. Cl.* Lou. G.
5 *Aſcenderunt. Six.*

Com. & detr. vlt. Quis enim cognouit ſenſum Domini, *qui inſtruat eum? Cl.* Lou. G.
ib. *Aut quis inſtruxit eum? Six.*

CAP. 5.

Detract. 5 Ego—iudicaui—tradere huiuſmodi ſatanæ *in* interitum carnis. *Cl.* Lo. G.
3 Huiuſmodi *hominem. Six.*

Detr. & com. 11 Si is qui frater *nominatur eſt* fornicator. *Cl.* G. Lou.
8 *Nominatur inter vos. Six.*

CAP. 8.

Com. 1 *Sacrificantur. Cl.* Lou.
ib. *Immolantur. Six.* G.

Com. 10 Si quis vnderit eum, qui habet ſcientiam in *idolio* recumbẽtem, nonne conſcientia eius cum ſit infirma ædificabitur. *Cl* Lou. G.
9 *Idolo. Six*

Detract. 11 Peribit infirmus in tua *ſcientia* frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. *Cl.* Lou. G.
10 *Conſcientia Six.* MS. Q.

CAP. 10.

17 Quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane participamus, videte Iſrael, &c. *Cl.* Lo Detract.
11 De vno pane *& de vno calice. Six.*
27 Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire. *Cl.* Lou. G. Detract.
20 Infidelium *ad cœnam. Six.*

CAP. 11.

10 Ideo debet mulier *poteſtatem* habere ſupra caput propter Angelos. *Cl.* L. G. Com.
10 *Velamen. Six.* MS.

CAP. 14.

23 Si ergò—linguis loquantur—nonne dicent *quòd* infanitis. *Cl.* Lou. G. Com.
21 *Quid. Six.* MS.
32 Spiritus prophetarum prophetis *ſubiecti ſunt. Cl.* Lou. G. Com. num.
28 *Subiectus eſt. Six.* MS. Ambr. S.

CAP. 15.

11 *Prædicamus. Cl.* Lou. G. Com. temp.
4 *Prædicauimus. Six.*
31 Quotidie morior *per* veſtram gloriam *Cl.* Lou G. Com.
20 *Propter. Six.* MS. Q. N.

CAP. 16.

19 Salutant vos eccleſiæ Aſiæ. *Cl.* Lo. G. Detr.
15 *Omnes* eccleſiæ. *Six.* MS. S.

EPISTOLA

EPIST. II. AD CORINTHIOS.

CAP. 1.

Addit. ℣. 6. TRibulamur pro veſtra *exhortatione* & ſalute. *Cl.* Lou. G.
4 Tribulamur pro veſtra ſalute. *Six.*
Addit. 6 Exhortamur pro veſtra exhortatione *& ſalute. Cl.* Lou. G.
4 Pro veſtra exhortat. quæ. *Six.* 15. MS.S. Ambr. Conſolamus pro veſtra exhortatione. M S. Q. N.
Detr. & com. gen. 11 Vt ex *multorum* perſonis, eius quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. *Cl.*
6 Vt ex *multarum* perſonis *facierum* eius. *Six.* Lou.
Detract. 18 Fidelis—Deus quia ſermo noſter, qui fuit apud vos non eſt in illo Eſt, & Non. Dei enim filius. *Cl.* G. Lou.
11 Non eſt in illo Eſt & Non: *ſed Eſt in illo. Six.*

CAP. 2.

Detr. 9 Scripſi vt cognoſcam experimentum veſtrum. *Cl.* Lou. G.
8 Scripſi *vobis. Six.*

CAP. 3.

Detract. 9 Miniſtratio damnationis gloria eſt. *Cl.* 8. MS. Ambr. G.S.
5 *In* gloria eſt. *Six.* Lou.

CAP. 4.

8 In omnibus tribulationem patimur, Detr. ſent.
ſed non anguſtiamur: aporiamur ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur ſed non derelinquimur: deijcimur, ſed non perimus. *Cl.*
5 Sed non derelinquimur: *humiliamur, ſed non confundimur:* deijcimur, &c. *Six.* MS.

CAP. 8.

18 Miſimus etiam cum illo fratrẽ, cuius laus eſt in Euangelio. *Cl.* Lou. G. Detr.
10 Fratrem *noſtram. Six.*
20 Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ miniſtratur à nobis. *Cl.* Lou. G. Detr.
10 A nobis *in Domini gloriam. Six.*
23 Fratres noſtri Apoſtoli Eccleſiarum *gloria* Chriſti. *Cl.* 2. M S. G. Com. caſ.
11 *Gloriæ. Six.* Lou.

CAP. 11.

6 Etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia, in omnibus autem *manifeſtati ſumus* vobis. *Cl.* Lou. G. Com. num.
5 *Manifeſtus ſum. Six.*

CAP 12.

11 Nihil—minus *fui* ab iis qui ſunt ſupra modum Apoſtoli. *Cl.* Lou. G. Com.
9 *Feci. Six.*

EPISTOLA AD GALATAS.

CAP. 3.

Detr. ℣. 12 LEx—non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea, viuet in illis. *Cl.* Lou.
10 Fecerit ea *homo* viuet. *Six.* G.
Cõmut. num. 19 Quid igitur lex? propter *tranſgreſſiones* poſita eſt. *Cl.* Lou. G.
16 *Tranſgreſſionem. Six.* M S.S.

CAP. 4.

Detr. 6 Quoniam—eſtis filij, miſit Deus ſpiritum filij ſui. *Cl.* Lou. G.
3 Filij *Dei. Six.* MS. Hier.
11 Timeo *vos* ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. *Cl.* Lou. G.
7 Timeo ne. *Six.*

CAP. 5.

7 Currebatis benè: quis vos impediuit veritati non obedire? perſuaſio hæc non eſt ex eo qui vocat vos. *Cl.* Lou. G. Detr.
ib. Non obedire? *nemini conſenſeritis.* Perſuaſio hæc &c. *Six.* Q. N.
16 Dico autem: Spiritu ambulate. *Cl.* Lou. G. Detr.
16 Dico autem *in Chriſto. Six*

EPISTO-

EPISTOLA AD EPHESIOS.

CAP. 1.

Com. ℣.15 AVdiens fidem vestram quæ est in *Domino* Iesu. *Cl.* Lou. 5 *Christo. Six.* M S. Q. Syri habent in Domino nostro Iesu Christo.

CAP. 2.

Detract. 1 Et vos, cum essetis mortui delictis. *Cl.* Lou. G.
ib. Et vos *conuiuificauit, Six.* M S. Q.
Com. pers. 11 *Dicimini. Cl.*
4 *Dicebamini. Six.* Lou.
Detr. vlt. Coædificamini in habitaculum Dei in spiritu. *Cl.* G.
ib. In Spiritu *sancto. Six.* Lou.

CAP. 4.

30 Signati estis in *diem* redemptionis. *Cl.* 17 *Die. Six.* Com. cas.

CAP. 5.

27 Vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam. *Cl.* 8 M S. G. S. Detr.
14 Sibi *in* gloriosam. *Six.* Lou.

CAP. 6.

15 Calceati pedes in *præparatione* Euangelij pacis. *Cl.* G. Com. cas.
9 *Præparationem. Six.* Lou.
23 Pax fratribus, & charitas cum fide à Deo patre. *Cl.* Lou. G. Detr.
11 patre *nostro. Six.* M S. Q.

EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

CAP. 3.

Detract. ℣.21 REformabit corpus humilitatis nostræ secundum *operationem. Cl* Lou. G.
10 *Operationem virtutis suæ. Six.*

CAP. 4.

18 Misistis odorem suauitatis. *Cl.* Lo. G. Detr.
14 Misistis *in* odorem. *Six.*

EPISTOLA AD COLOSSENSES.

CAP. 1.

Detr. ℣.12 GRatias agentes Deo patri. *Cl.* 19 M S. S. Q. N.
2 Deo & patri. *Six.* Lou. G.
Detr. & Addit. 14 In quo habemus redemptionem *per sanguinem eius* remissionem peccatorum. *Cl.* Lou. G.
2 *Et* remissionem &c. *Six.* M S. S.
Com. cas. 25 Minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in *vos. Cl.* 2. M S. Ambr. G.
5 *Vobis. Six.* Lou.

CAP. 3.

Detract. 10 Renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum. *Cl.* Lou. G.
5 Agnitionem *Dei. Six.* M S.
11 Vbi non est Gentilis & Iudæus. *Cl.* Lou. G. Detr.
5 *Vbi non est masculus & fœmina* Gentilis &. *Six.* M S.

CAP. 4.

17 Eam quæ Laodicensium est, *vos legatis. Cl.* Lou. Com. cas. & vocis.
11 *Vobis legatur. Six.* M S. Q.
vlt. Gratia vobiscum Amen. *Cl.* Lo G. Detr.
ib. Gratia *Domini nostri Iesu Christi*, &c. Amen. *Six.* M S. Q.

EPISTOLA I. AD THESAL.

CAP. 1.

Detr. ℣.1 PAulus—ecclesiæ Thessalonicensium in Deo patre & Domino Iesu Christo. *Cl.* Lo. G.
ib. Patre *nostro* & &c. *Six.*

CAP. 2.

1 Ante passi, & contumelijs affecti. *Cl.* Lou. G. Detr.
ib. Passi *multa. Six.*

EPISTO-

Epist. II. Ad Thessal.

CAP. 1.

Detract. ℣.11 Impleat omnem voluntatem
4 bonitatis. *Cl.* Lou.
Bonitatis *suæ. Six.* MS. Q. G.

CAP. 3.

16 *Dominus* pacis. *Cl.* Lou. G. Com.
13 *Deus. Six.*

Epist. I. Ad Timothevm.

CAP. 1.

Com. ℣.8. Scimus autem *quibus* bona est
num. & 9 lex, si quis ea legitimè vtatur:
sciens hoc quia lex iusto non
est posita. *Cl.* Lou. G.
5 Quia—*scientes. Six.*

CAP. 2.

Detract. 6 Dedit redemptionem semetipsum
pro omnibus, testimonium tempo-
ribus suis. *Cl.* 14. MS. G. S.
2 *Cuius* testimonium &c. *Six.*

CAP. 3.

Com. 2 Oportet ergo. *Cl.* Lou. G.
2 *Enim. Six.*
14 Hæc tibi scribo, sperans me ad te Detract.
venire cito. *Cl.* Lou. G.
11 Scribo *fili Timothée. Six.* MS. Q.

CAP. 5.

15 Quædam conuersæ sunt *retro* Sata- Com.
nam. *Cl.* Lou.
10 *Post. Six.*
24 Quorundam hominũ peccata ma- Com.
nifesta sunt, præcedentia ad iudi- caſ.
cium: *quosdam* autem & subsequun-
tur. *Cl.* Lou.
19 *Quorundam* autem &c. *Six.*

Epist. II. Ad Timothevm.

CAP. 1.

Detr. ℣.3 Gratias ago Deo cui seruio.
Cl. Lou. G.
2 Deo *meo. Six.* MS.
Com. 15 *Phigellus. Cl.* MS. R. G. Q. N.
9 *Philetus. Six.*

CAP. 2.

Com. 5 *Coronatur. Cl.* Lou. G.
temp.
4 *Coronabitur. Six.*
19 Discedat ab iniquitate omnis, qui Com.
nominat nomen Domini. *Cl.* Lou. G.
12 *Invocat, Six.*

CAP. 4.

11 Est—mihi vtilis in *ministerium. Cl.* Com.
Lou. G. caſ.
8 *Ministerio.* MS. Q.

Epistola Ad Titvm.

CAP. 1.

Detr. ℣.8 Oportet—Episcopũ esse—ho-
spitalem, benignum, sobriũ,
iustum. *Cl.* Lou. G.
4 Benignum, *prudentem*, sobrium, iu-
stum. *Six.* 17. MS. R. Q. N.

Epistola Ad Philemonem.

Com. ℣.20 Ita *frater. Cl.* Lou. G.
8 *Facies. Six.*
20 *Domino. Cl.* Lou. G. Com.
8 *Christo. Six.* MS. Hier. G. Q. S.

CAP. 3.

Detract. ℣.2. FIdelis est ei qui *fecit* illum. *Cl.* Lou. G.
1. *Præfecit. Six.*

Detr. vlt. Non potuerunt introire propter incredulitatem. *Cl.* G.
ib. Introire *in requiem ipsius* propter &c. *Six.*

CAP. 4.

Contr. 1 Existimetur aliquis ex *vobis* deesse. *Cl.* Lou.
ibi. *Nobis. Six.*

Com. 3 *Sicut* iuraui in ira mea. *Cl.* Lou. G.
ib. *Quibus. Six.*

Detr. 14 Teneamus confessionē. *Cl.* Lou. G.
12 Teneamus, *spei nostræ &c. Six.*

CAP. 5.

Contr. 11 Grandis sermo, & *ininterpretabilis* ad dicendum. *Cl.* 10. MS. R. G. S. Q. N.
6 *Interpretabilis. Six.*

CAP. 6.

Detr. 10 Non enim iniustus Deus, *Cl.* Lou. G.
6 Iniustus *est. Six.*

CAP. 7.

Detr. 23 Facti sunt sacerdotes. *Cl.* Lou. G.
16 Sacerdotes *secundum legem. Six.*
25 Saluare in perpetuum potest *accedentes* per semetipsum ad Deum. *Cl.* 13. MS. R. G. S. Q. N. Com. num.
17 *Accedens. Six.* Lou.

CAP. 9.

vlt. Sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. *Cl.* Lou. G. Detr.
ib. *Omnibus* expectantibus. *Six.*

CAP. 10.

16 *Dando* leges meas in cordibus eorum *Cl.* Lou. G. Com.
8 *Dabo. Six.*

CAP. 11.

11 Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in *conceptionem* seminis accepit. *Cl.* G. Com. casus.
11 *Conceptione. Six.* Lou.
17 Vnigenitum offerebat, *qui* susceperat repromissiones. *Cl.* Lou. Com.
16 *In quo. Six.* MS. Q. B.

CAP. 12.

18 Non—accessistis ad tractabilem montem, & *accensibilem* ignem, & turbinem. *Cl.* Com. ob simul.
14 *Accessibilem. Six.*

EPISTOLA CATOLICA B. IACOBI.

CAP. 1.

Com. cas. ℣.25 QVi—perspexerit in *legem perfectā* libertatis & permanserit in ea—beatus in facto suo erit. *Cl.* 1. MS. G. S.
20 *Lege perfectæ &c. Six.* Lou.

CAP. 2.

Com. temp. 13 *Fecit. Cl.* Lou.
10 *Facit. Six.* Fecerit. 2. MS.

CAP. 3.

Detr. 9 In ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem facti sumus. *Cl.* G.
8 Ad *imaginem* & similitudinem. *Six.*

CAP. 4.

Addit. 1 Vnde bella & lites in vobis? Nonne *hinc*, ex concupiscentijs vestris. *Cl.* Lou. G.
ib. Nonne ex concupiscentijs, *Six.*
11 Nolite detrahere, alterutrum fratres. *Cl.* 6. MS. G. Detr.
ib. Fratres *mei. Six.* Lou.

CAP. 5.

6 *Addixistis*—& occidistis iustum. *Cl.* 6. MS. G. S. Q. N. Com.
ib. *Adduxistis. Six.* Lou.
13 Tristatur aliquis vestrûm? *oret: Æquo animo est? Psallat. Cle.* Lou. G. Interpunctio var. &
15 Tristatur *autem* aliquis vestrûm: *oret æquo animo, & psallat. Six.* Dom.

EPISTOLA

EPISTOLA I. PETRI.

CAP. 1.

Com. caſ. ℣.vlt. HOc—eſt verbum quod Euangelizatum eſt in *vos. Cl.1.* MS.R.G.

ibid. *Vobis. Six.* Lou.

CAP. 2.

Com. 20 Quæ—eſt *gloria* ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis. *Cl.* Lou. G.

11 *Gratia. Six.* MS.Q.

CAP. 4.

3 Ambulauerunt in commeſſationibus, potationibus & illicitis idolorum cultibus *Cl.* Lou. G. Detr.

3 Potationibus, *ebrietatibus* & illicitis *Six.*

13 Eccleſia quæ eſt in Babylone *coelecta. Cl.* Lou. G. Com.

9 *Collecta. Six.*

EPISTOLA II. PETRI.

CAP. 1.

Detr. ℣.15 DAbo—operam—vt horum memoriam faciatis. *Cl.* Lou. G.

10 Horum *omnium. Six.*

Contra. 16 Non—*doctas* fabulas ſecuti. *Cl.* 3. MS.Q.N.

11 *Indoctas. Six.* Lou.

CAP. 3.

13 Nouos—cœlos & nouam terram *ſecundum* promiſſa ipſius expectantes. *Cl.* Lou. Com.

8 Terram, & promiſſa &c. *Six.*

EPISTOLA I. IOANIS.

CAP. 2.

Com. 4 QVi dicit ſe noſſe *eum*, & mandata eius nō cuſtodit mendax eſt. *Cl.* Lou. G.

3 *Deum. Six.* MS.Q. Detr.

CAP. 4.

13 De ſpiritu ſuo dedit nobis. *Cl.* Lo.G.

14 Spiritu *ſancto.* ſuo. *Six.*

EPISTOLA II. IOANNIS.

℣.11 QVi—dicit illi Aue, communicat operibus eius maligDetr. ſen. nis: plura habens vobis ſcribere nolui *Cl.* Lou.G.

11 Eius máligñis. *Ecce prædixi vobis, vt in die Domini non confundamini*: plura habens &c. *Six.*

APOCALYPSIS IOANNIS.

CAP. 2.

Detr. ℣.4 HAbeo aduerſū te quod charitatem tuam primam reliquiſti *Cl.9* MS.Pr.G.

2 Aduerſum te *pauca. Six.* Lou.

Com. 5 *Venio. Cl.* Lou. G.

temp. 3 *Veniam. Six.*

Com. 22 *Mittam. Cl.* Lou.

temp. 16 *Mitto. Six.* 1. MS. R. Pr. G.

CAP. 3.

17 Quia dicis: *quod* diues ſum. *Cl.* Lou. Addit.

13 Quia dicis: diues &c. *Six.* G.

CAP. 4.

1 Oſtendam tibi quæ oportet fieri poſt hæc. *Cl.* Detr.

ib. Fieri *cito. Six.* 7. MS. Pr. R. G. Lou.

CAP. 6.

6 Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario. *Cl.* Lou. Detr.

6 Denario *vno. Six.*

CAP. 8.

Detr. 5 Accepit Angelus thuribulum,& impleuit illud. *Cl.* Lou. G.
ib. Turibulum *aureum. Six.* M S. Q.

CAP. 11.

Com. 2 Atrium—quod est *foris* templum, eijce foras & ne metiaris illud. *Cl.* Lou. G.
1 Quod est *infra* templum. *Six.*
Com. gen. 4 *Stantes. Cl.* G. Lou.
2 *Stantia. Six.*
Detr. 17 Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens. *Cl.* Lou. G.
12 Domine Deus *noster* omnipotens. *Six.*
Detract. vlt. Facta sũt fulgura,&voces,& terræ motus & grando magna. *Cl.* Lou. G.
ib. Voces & *tonitrua* & terræmotus. *Six.*

CAP. 14.

Com. 16 *Demessa est terra. Cl.* Lou. G.
12 *Demessuit eam. Six.*

CAP. 15.

Detr. 3 Iustæ & veræ sunt viæ tuæ Rex seculorum. *Cl.* Sanctorum. 2. M S. G. Q. Q. N.
2 Viæ tuæ Domine. *Six.*

CAP. 16.

Detr. 2 Abijt primus & effudit phialã suam in terra. *Cl.* Lou. G.
2 Primus *Angelus. Six.*
Detr. 2 Factum est vulnus sœuum in homines—qui adorauerunt imaginem eius. *Cl.* Lou. G.
2 Adorauerunt *bestiam* & imaginem eius. *Six.*
4 Et tertius effudit phialam suam. *Cl.* Lou. Detr.
2 Tertius *Angelus. Six.* G.
7 Audiui alterum *ab altari* dicentem. *Cl.* G. Addit.
6 Alterum dicentem. *Six.* Lou.
13 Vidi de ore—pseudoprophetæ spiritus tres immundos. *Cl.* Lou. Detract.
10 Pseudoprophetæ *exire. Six.* M S. Pr.

CAP. 18.

6 In poculo quo miscuit miscere illi duplum. *Cl.* Lou. Detr.
5 Miscuit *vobis. Six.*
13 Cinnamomum & odoramentorum. *Cl.* Lou. Pr. Q. N. Com.
9 *Amomum* &c. *Six.*

CAP. 19.

1 *Salus* & gloria,& virtus Deo nostro est. *Cl.* R. G. Q. N. Com.
ib. *Laus &c. Six.* Lou.
14 *Vocatur. Cl.* Lou. G. Com. temp.
12 *Vocabatur. Six.* M S.

CAP. 21.

23 Claritas Dei *illuminauit* eã. Lo. *Cl.* G Com. temp.
19 *Illuminabit. Six.* M S. Q.

CAP. 22.

1 Ostendit mihi fluuium aquæ *vitæ.* Com.
Vl. M S. R. Pr. G.
ibid. *Vinæ. Six.* Lou.

Appendix ad Lectorem.

Vidà me iam præstitum sit in hoc libello, prudens & Christiane Lector, non est meum pluribus dicere, iudicent alij; at non nisi lecto hoc opusculo, & institutæ diligenti locorum & librorum collatione; ne mihi, & causæ huic præiudicent. Vt, vt est, ne raperent me in inuidiam homines maligni, maledici, quorum iam plenus est mundus, iteraui labores meos, & nunc etiam inter operas Typographicas, adiutus à nullo, visitaui iterum tertióque loca omnia, in quibus codices inter se variare antehac animaduersum est, propositis ante oculos meos, vtriúsque editionis Biblijs Biblia in quarto, ex editione Romana anno 1593. quibus prius vtebar in compositione huius libri, apud Bibliopolas diu quæsita, non inueni: & inueni tamen eiusdem generis Biblia edita Antuerpiæ in octauo anno 1599 quæ vbique prostant; ea iam in his secundis animaduersionibus, sequor, quod te scire volui, vt intelligas, si quando (quod perraro accidit & sub verbo fortè notatum est) codices inter se consentire videantur, ea (nisi vehementer fallant me mei oculi) haberi eo modo & ijsdem verbis quibus à me citantur apud Clementem in illa priore editione. Quæ cum instituta sit ab eodé, iussu Sixti (vt ipse dicit sed falsissimè in titulo libri) vt non pauca præli vitia emendaret, quæ Sixtum, Rochã, aliósque viros doctissimos præterierant, quibus vnum hoc curæ fuit, vt Biblia quam emendatissimè cuderentur; ille, idem, Pontifex optimus, maximus, in illis, ipsis Biblijs habet multa loca in quibus a Typographis manifesto erratum sit: errata vero neque in textu neque in fine libri (quod magis frequens est) corriguntur. At Sixtus in omnibus exẽplaribus quæ ad manus meas venerunt, correxit multa calamo, vel sua ipsius manu vel aliorum (vt ipse testatur) in Præfatione sua, & in Indice quodam ea omnia collegimus in vnum, & notauimus. Hoc in Clemente fortasse apud aliquos mereatur reprehensionem aliquã; at illud sine dubio apud omnes laudem non vulgarem, quod tot loca in vulgata editione post tot Pontificum & annorum interualla, vindicauerit in libertatem, reuocauerit ad fontes, correxerit ad fidem codicum tam græcorum quam hebraicorum: verum supersunt adhuc multò plura corrigenda, veluti illud Ge. 3. vbi legitur, ipsa pro ipse, & decem ad minus sententiæ temere insertæ in vno libro Prouerbiorum Salomonis expungendæ præter decem millia verborum in vtroq; Instrumento, quæ differre quantum ad sensum à Græcis & Hebræis fontibus Chaldaicoq; Paraphraste obseruatum est, & annotatum iampridem à Louanensibus in notis marginalibus. Hæc omnia quoniam iam tandem aliquando sine timore ab erroribus & receptis editionibus tantum recedant vltro pontifices Romani (quam rem quam in partem accepturi sint viri docti, qui contrarium semper docuerunt verbo & factis planè nescio) magna spes est, futurum vt breui habeant populi Christiani iussu ipsorum, primò Biblia Sacro-

ſancta, deinde opera Sanctorum Patrum (in quibus cardines omnium quæſtionum vertuntur) pura puta, purgata ab innumeris erroribus, & emendata ad verbum & ad literam. Oportet vt ſint ſcandala in hoc mundo (dicit Spiritus ſanctus) & eccleſia quamdiu militãs in hac terra (vt ſæpe Auguſtinus) non eſt ſine macula & ruga. Quid igitur fiet de nobis, ſi fontes habeamus ab ijs vel corruptos, vt ſerui Iacob, vel penitus intercluſos, vt Iudæi. Certè, certè, fieri non poteſt vt controuerſiæ quarum mouendarum ſicut librorum ſcribendorum nullus eſt finis, quietè ac pacificè pro bono totius eccleſiæ terminentur; cum aliud hi, aliud illi, & neutri quod verum eſt proferunt, ex mendoſis codicibus decepti. Deus miſericors, omnipotens pater, ſumme Paſtor, reduc iam filios tuos, ſicut oues errantes in hac valle tenebrarum ad viam veritatis: tu qui es via, veritas & vita hoc nobis clementer concede, quæſumus; vt ea ſimul agnita cognitaq; , te Deum Patrem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, omnes, vnanimes, glorificemus: quibus cum Spiritu ſancto, ſit omnis laus, honor & gloria, & nunc & in ſecula ſeculorum, Amen.

T. I. beneuolo lectori. S. P. D.

ERrare poſſum, corrigi volo: magna eſt in mendis admittendis facilitas, præſertim cum de numeris agatur; his crebrò idque neceſſario vſi ſumus, propter differentes Sixti Quinti *&* Clementis *Bibliorum editiones circa verſus. Quæ res magnas mihi moleſtias peperit in ſecundis Collationibus: peperit, ſed ego has & multò graviores, Deo bene iuuante, feliciter deuorani. Errores ſi quis comiter mihi monſtrauerit, erit mihi longè gratiſſimum; confitebor, & quà potero emendabo. Vale, & mihi ſalutis tuæ neglectis interdum priuatis rebus meis ſtudioſiſſimo, animo aut lingua ſaltem fauc.*

24. Maij. An. D. 1600.